OPERE

DI

M. T. CICERONE

RECATE IN VOLGARE
CON NOTE PROLEGOMENI ED INDICI
E COL TESTO LATINO A RISCONTRO

TOMO IV.

MILANO
PRESSO A. F. STELLA E FIGLI
M. D. CCC. XXVII

LETTERE

DI

M. T. CICERONE

VOL. III.

M. TVLLII CICERONIS EPISTOLAE

QVAE EXSTANT OMNES

ITEM

QVAE VVLGO CICERONIS ET M. BRVTI FERVNTVR MVTVAE EPISTOLAE

TEMPORVM ORDINE DISPOSITAE

CVRANTE

FRANCISCO BENTIVOGLIO

AMBROSIANI COLLEGII DOCTORE

VOL. III.

MEDIOLANI

APVD A. F. STELLA ET FILIOS

M. D. CCC. XXVII

LETTERE

DI

M. T. CICERONE

DISPOSTE

SECONDO L'ORDINE DE' TEMPI

TRADUZIONE

DI

ANTONIO CESARI

P. O.

CON NOTE

VOL. III.

MILANO

PRESSO A. F. STELLA E FIGLI

M. D. CCC. XXVII

LETTERE

DI

M. T. CICERONE

M. TVLLII CICERONIS
EPISTOLAE

CXXX. (Ad Quintum fratrem II, 11)

Argumentum. 1 Tenediis libertatem a senatu negatam. 2 Quinti a Magnetibus mentionem honorificam factam esse refert; 3 de Lucretii poëmatibus, et Sallustii Empedocleis iudicium suum interponit.

Scr. A. V. C. DCXCIX, probabiliter mense Januario.
L. Domitio Aenobarbo, Appio Claudio Pulchro Coss.

MARCVS Q. FRATRI S.

1 Epistolam hanc convicio efflagitarunt [1] codicilli tui. Nam res quidem ipsa, et is dies, quo tu es profectus [2], nihil mihi ad scribendum argumenti sane dabat. Sed quemadmodum coram quum sumus, sermo nobis deesse non solet, sic epistolae nostrae debent interdum hallucinari [3]. Tenediorum igitur libertas securi Tenedia [4] praecisa est; quum eos, praeter me, et Bibulum, et Calidium, et Favonium nemo defenderet.

2 De te [5] a Magnetibus ab Sipylo [6] mentio est honorifica facta, quum te unum dicerent postulationi L. Sextii Pansae [7] restitisse. Reliquis die-

LETTERE
DI
M. TULLIO CICERONE

CXXX. (A Quinto fratello II, 11)

Argomento. 1 Conta come il Senato negò la libertà a' Tenedesi; 2 e come i Magnesii fecero orrevole menzione di Quinto; 3 de' poemi di Lucrezio e degli Empedoclei di Sallustio recita il suo giudicio.

Scritta l'anno DCXCIX, probabilmente nel mese di Gennaio, essendo consoli L. Domizio Enobarbo ed Appio Claudio Pulcro.

MARCO A Q. FRATELLO S.

1 Questa lettera ridomandarono con calda istanza i gridori delle tue tavolette. Conciossiachè il fatto medesimo, e il dì che tu se' partito, non mi davano punto materia di scrivere; ma siccome, essendo noi insieme, non suole mancarci mai di che ragionare, così le nostre lettere debbono alcuna volta tirare in aria. Dunque la libertà de' Tenedesi [1] fu troncata colla scure di Tenedo: non avendo essi, da me in fuori, da Bibulo, da Calidio e da Favonio, chi li difendesse.

2 I Magnesii di Sipilo [2] han fatto di te orrevole ricordanza, dicendo come tu solo avevi ripugnato alla dimanda di L. Sestio Pansa. Ne' dì che restano, se ci

bus, si quid erit, quod te scire opus sit, aut etiam si [8] nihil erit, tamen scribam quotidie aliquid. Prid. Idibus neque tibi, neque Pomponio [9] deero.

3 Lucretii poëmata, ut scribis, ita sunt [10]: non multis luminibus ingenii, multae tamen artis. Sed quum veneris, virum [11] te putabo si Sallustii Empedoclea [12] legeris; hominem non putabo. Vale.

CXXXI. (Ad Div. V, 8)

Argumentum. 1 Scribit se Crassi dignitatem studiose in senatu defendisse; 2 excusat superiorum temporum simultates; 3 seque omnia quae intelligat ad eius voluntatem, commodum, amplitudinem pertinere, vel sua sponte, vel ab eo suisque admonitum, diligentissime facturum promittit.

Scr. Romae A. V. C. DCXCIX, mense Febr.

M. T. CICERO M. LICINIO P. F. CRASSO
S. D.

1 Quantum meum studium exstiterit dignitatis tuae vel tuendae [1], vel etiam augendae, non dubito, quin ad te omnes tui scripserint [2]. Non enim fuit aut mediocre, aut obscurum, aut eiusmodi, quod silentio posset praeteriri. Nam et cum consulibus, et cum multis consularibus tanta contentione decertavi [3], quanta numquam antea ulla in causa; suscepique mihi perpetuam propugna-

sarà cosa da farti sapere, ed eziandio non essendone, ti scriverò qual cosa ogni dì. A' 12 nè a te mancherò, nè a Pomponio.

3 I poemi di Lucrezio non hanno, come tu di', troppi lumi d'ingegno [3]; sì [4] assai d'arte. Ma se, venendo tu, potrai leggere l'Empedocle di Sallustio, t'avrò per un gigante, ma non però per un uomo. A Dio.

CXXXI. (A Div. V, 8)

Argomento. 1 Scrive d'aver mantenuta con tutto il zelo la dignità di Crasso in senato; 2 purga le nimicizie del tempo andato; 3 e gli promette di operare (sì di sua volontà, e sì mostrandoglielo egli, ovvero i suoi) ogni cosa che egli mai conoscerà essere di piacere, di utilità ed onore di lui.

Scritta a Roma l'anno DCXCIX, nel mese di Febbraio.

M. T. CICERONE A LICINIO CRASSO, FIGLIO DI PAULO [1], S.

1 Quanto acceso sia stato l'ardor mio nel difendere, ed eziandio nell'amplificar la tua dignità, non dubito che tutti i tuoi te l'abbiano significato: conciossiachè esso non fu nè mediocre, nè oscuro, nè tale da poter essere passato in silenzio. Imperciocchè e con consoli e con uomini consolari non pochi io fui alle mani con tanto sforzo, con quanto in ninna causa non feci mai; e mi son tolto a mantenere per sempremai ogni cosa

tionem pro omnibus ornamentis tuis; veterique nostrae necessitudini [4] iamdiu debitum, sed multa varietate temporum interruptum [5] officium cumulate reddidi. Neque mehercule umquam mihi tui aut colendi, aut ornandi voluntas defuit; sed quaedam pestes hominum, laude aliena dolentium, et te nonnumquam a me alienarunt, et me aliquando immutarunt [6] tibi. Sed exstitit tempus optatum [7] mihi magis, quam speratum, ut, florentissimis tuis rebus, mea perspici posset et memoria nostrae voluntatis, et amicitiae fides. Sum enim consecutus, non modo ut domus tua tota, sed ut cuncta civitas me tibi amicissimum esse cognosceret. Itaque et praestantissima omnium feminarum, uxor tua [8], et eximia pietate, virtute, gratia, tui Crassi [9] meis consiliis, monitis, studiis, actionibusque nituntur [10]: et senatus populusque Romanus intelligit, tibi absenti nihil esse tam promtum, aut tam paratum, quam in omnibus rebus, quae ad te pertineant, operam, curam, diligentiam, auctoritatem meam.

2 Quae sint acta, quaeque agantur, domesticorum tibi literis declarari puto. De me sic existimes, ac tibi persuadeas vehementer velim, non me repentina aliqua voluntate, aut fortuito, ad tuam amplitudinem meis officiis amplectendam incidisse: sed, ut primum [11] forum attigerim, spectasse semper, ut tibi possem quam maxime esse

d'onor tuo: e così ho fornito a misura colma l'uffizio all'antica nostra amicizia dovuto, comechè da molti rivolgimenti di cose interrotto. Nè certo (tel giuro) a me è mancata mai la volontà di onorarti e servirti; ma certe pesti d'uomini, a' quali è un mal d'occhi la gloria altrui, e te alcun tempo da me alienarono, e me alquanto verso di te mutarono da me medesimo. Ma egli è venuto il tempo, il quale io meglio desiderava che lo sperassi, che nel colmo maggiore della tua fortuna potesse esser palese come io non m'era mai scordato del nostro affetto, e t'era stato sempre leale amico. Conciossiachè mi venne fatto quel ch'io bramava; chè non pure tutta la tua famiglia, ma l'intera città conoscesse che io sono tutto cosa tua: il perchè e la tua moglie, specchio di tutte le femmine [2], e i tuoi Crassi [3], giovani di eccellente pietà, virtù e grazia, si commettono a' miei consigli, alle ammonizioni, agli studi, alle cause; e 'l Senato e 'l popolo di Roma conosce che tu nella tua lontananza non hai cosa così manesca e spedita in tutte le cose che ti appartengono, dell'opera, della cura, diligenza ed autorità mia.

2 Quello che fu per me fatto e si fa, ben credo io che i tuoi domestici te lo scrivano. Quanto a me, io desidero con tutto l'animo che tu creda e sii persuaso che non per una qualche subitana vaghezza, nè per abbattimento mi lasciai ire a corteggiare co' miei uffizi la tua grandezza; ma come prima mi sono messo nelle cause, ho sempre avuto l'animo al modo come io potessi essere al possibile teco congiunto: dal qual

coniunctus. Quo quidem ex tempore memoria teneo, neque meam tibi observantiam, neque mihi tuam summam benivolentiam ac liberalitatem defuisse. Si quae interciderunt [12], non tam re, quam suspicione, violata: ea quum fuerint et falsa et inania, sint evulsa ex omni memoria vitaque nostra. Is enim tu vir es, et eum me esse cupio, ut, quoniam in eadem rei publicae tempora incidimus, coniunctionem amicitiamque nostram utrique nostrum laudi sperem fore. Quamobrem tu, quantum tuo iudicio tribuendum esse nobis putes, statues ipse; et, ut spero, statues ex nostra dignitate: ego vero tibi profiteor atque polliceor eximium et singulare meum studium [13] in omni genere officii, quod ad honestatem et gloriam tuam spectet. In quo, etiamsi multi mecum contendent, tamen, quum reliquis omnibus, tum Crassis tuis, iudicibus, omnes facile superabo: quos quidem ego ambo [14] unice diligo; sed in Marco benivolentia impari [15]. Hoc magis sum Publio [16] deditus, quod me, quamquam a pueritia sua semper, tamen hoc tempore maxime, sicut alterum parentem, et observat et diligit.

3 Has literas velim existimes foederis habituras esse vim [17], non epistolae, meque ea, quae tibi promitto ac recipio, sanctissime esse observaturum, diligentissimeque facturum [18]. Quae a me suscepta defensio est, te absente, dignitatis tuae,

tempo infatti (ben mi ricorda) nè a te la mia reverenza 4, nè a me la tua benvoglienza e liberalità è venuta mai meno. Che se qualcosa è intravvenuto, non dico in effetto, ma in sospetto, che punto guastò, essendo stato cosa falsa e vana, sieno dalla vita e dalla memoria nostra per sempre diradicate. Conciossiachè tu se' tale uomo, e tale vorrei essere io medesimo, che essendoci noi abbattuti allo stato medesimo della Repubblica, io spero l'amicizia e congiunzion nostra dover tornare onorevole all'uno e all'altro di noi. Dunque l'opinione che tu debba pigliar di me, e io la rimetto al tuo giudizio (e spero d'averlo ben orrevole). Quanto a me, io ti protesto e profferisco, in ogni maniera di servigi che riguardino la tua gloria e gli onori, l'ardor mio singolare e fuor del comune; nella qual opera se eziandio molti vogliano venir meco in gara, tuttavia (a giudizio non pur di tutti gli altri, ma e de' tuoi Crassi) leggermente mi lascerò tutti addietro. Questi figliuoli tuoi io gli amo teneramente ambedue; ma l'amor di Marco rimansi di sotto; quel di Publio sta di sopra per questo, che (quantunque sempre fin da fanciullo), in questo tempo precipuamente, egli mi ama ed onora per secondo suo padre.

3 Ora questo scritto io vorrei che fossi certo, non di lettera, ma dover avere forza di patto; e che io le cose che ti prometto, e di cui ti sto pagatore, te le osserverò scrupolosamente, ponendoci in farle ogni maggior diligenza. Nel mantenere che mi son preso la tua

in ea iam ego, non solum amicitiae nostrae, sed etiam constantiae meae causa, permanebo. Quamobrem satis esse hoc tempore arbitratus sum, hoc ad te scribere [19]: me, si quid ipse intelligerem aut ad voluntatem, aut ad commodum, aut ad amplitudinem tuam pertinere, mea sponte id esse facturum; sin autem quippiam aut a te essem admonitus, aut a tuis, effecturum, ut intelligeres, nihil neque te scripsisse, neque quemquam tuorum frustra ad me detulisse. Quamobrem velim ita et ipse ad me scribas de omnibus minimis, maximis, mediocribusque rebus, ut ad hominem amicissimum; et tuis praecipias, ut opera, consilio, auctoritate, gratia mea sic utantur in omnibus, publicis, privatis, forensibus, domesticis, tuis, amicorum, hospitum, clientium [20] tuorum negotiis, ut, quoad eius fieri possit, praesentiae tuae desiderium meo labore minuatur. Vale.

CXXXII. (Ad Q. frat. II, 12)

Argumentum. 1 De Commageni regis causa a Cicerone in senatu discussa; 2 de literis a Caesare acceptis.

Scr. Romae A. V. C. DCXCIX, Id. Febr.

MARCVS Q. FRATRI S.

1 Gaudeo [1] tibi iucundas esse meas literas: nec tamen habuissem scribendi nunc quidem ul-

dignità, quanto tu sii lontano, oggimai io starò fermo, non solamente per rispetto dell' amicizia nostra, ma anche della natural mia costanza. Il perchè io ho giudicato bastare, per al presente, di scriverti: chè conoscendo io alcuna cosa partenente al piacer tuo, al tuo bene, o all' onore, per me medesimo lo farò; se poi o da te, o da' tuoi mi sarà mostrata qualcosa, terrò tali modi, che tu conoscerai non essere stata cosa che o tu mi avessi scritta, o i tuoi riferita senza profitto: onde io amerei che tu d'ogni cosa tua, piccolissima, grandissima e mezzana, mi scrivessi come a persona di tutte amicissima; ed a' tuoi ordinassi che in ogni affare pubblico, privato, di Foro, di casa tua, degli amici, degli ospiti, de' clienti tuoi, vogliano giovarsi dell' opera, del consiglio, della grazia ed autorità mia, per maniera che il dolore della tua lontananza sia, per la mia diligenza, al possibile diminuito. A Dio.

CXXXII.

(A Q. frat. II, 12)

Argomento. 1 Parla della causa del re Commageno dibattuta da Cicerone in senato; 2 e delle lettere a lui scritte da Cesare.

Scritta a Roma l' anno DCXCIX, il 13 di Febbraio.

MARCO A QUINTO FRATELLO S.

1 Mi piace che le mie lettere ti diano piacere; e tuttavia io non avea punto che scriverti, se dalle tue

lum argumentum, nisi tuas accepissem. Nam prid. Idus quum Appius senatum infrequentem coëgisset, tantum fuit frigus, ut populi [2] convicio coactus sit nos dimittere [3]. De Commageno rege [4], quod rem totam discusseram, mirifice mihi et per se, et per Pomponium [5] blanditur [6] Appius. Videt enim, hoc genere dicendi si utar in ceteris, Februarium [7] sterilem futurum: eumque lusi iocose satis; neque solum illud extorsi oppidulum [8], quod erat positum in Euphrate et Zeugmate [9]; sed praeterea togam sum eius praetextam, quam erat adeptus Caesare consule, magno hominum risu cavillatus. « Quod nos vult [10], inquam, renovare honores eosdem, quo minus togam praetextam [11] quotannis interpolet, decernendum nihil censeo [12]. Vos autem homines nobiles, qui Busrenum [13] praetextatum non ferebatis, Commagenum feretis? » Genus vides et locum iocandi. Multa dixi in ignobilem regem: quibus totus est explosus. Quo genere commotus (ut dixi) Appius, totum me [14] amplexatur. Nihil est enim facilius, quam reliqua discutere. Sed non faciam, ut illum offendam, ne imploret fidem Iovis Hospitalis [15], Graios omnes convocet, per quos mecum in gratiam rediit.

2 Theopompo satisfaciemus [16]. De Caesare fugerat me ad te scribere. Video enim, quas tu literas [17] exspectaris. Sed ille scripsit ad Balbum,

non me n'era dato cagione: conciossiachè il dì innanzi le Idi, avendo Appio ragunato un senato assai povero, tanto fu il freddo, che da' gridori del popolo fu costretto mandarci a casa. Il medesimo Appio, per aver io sventato tutto l'affare del re Commageno, mi vien piaggiando per sè e per opera di Pomponio; conciossiachè egli vede che laddove io in altre simili bisogna menassi nel medesimo modo la lingua, egli ne avrebbe un febbraio assai magro. Del Re poi ho voluto la baia, come Dio tel dica; e non solamente gli cavai di mano quella terricciuola sul passo dell'Eufrate e di Zeumma, ma per giunta ho motteggiato sopra quella sua toga pretesta attaccatagli dal console Cesare, smascellando dal ridere le persone. Che egli voglia (ho detto io) aver gli onori medesimi ricalcati, senza rimendare d'anno in anno la sua pretesta, non la credo cosa da passargliela così. Or voi, Nobili, che non potevate patire in pretesta il re Busreno, patirete or Commageno? Tu vedi bene il genere e la ragion della beffa. Parlai al disteso contro quel Re di cenci, di che fu mandato in aria. Per lo qual mio dire, Appio sconcertato (come io dissi) mi fa attorno le moine; intendendo egli, niente esser più facile che mandar a monte ogni altra simile petizione. Ma io starò in guardia di non offenderlo: chè egli non ne facesse poi richiamo a Giove Ospitale, e contro di me accampasse tutti i Greci, per cui opera egli fu meco rappattumato.

2 Teopompo ne mandai soddisfatto. Quanto a Cesare, mi s'era sdimenticato di scriverti che quel piego delle lettere, nel quale n'era una mia ed una di Bal-

fasciculum illum epistolarum, in quo fuerat et mea et Balbi, totum sibi aqua madidum redditum esse: ut ne illud quidem sciat, meam fuisse aliquam epistolam. Sed ex Balbi epistola pauca verba intellexerat, ad quae rescripsit his verbis: *De Cicerone video te*[18] *quiddam scripsisse, quod ego non intellexi; quantum autem coniectura consequebar, id erat huiusmodi, ut magis optandum, quam sperandum putarem.* Itaque postea misi ad Caesarem[19] eodem illo exemplo literas. Iocum[20] autem illius de sua egestate ne sis aspernatus. Ad quem ego rescripsi, nihil esse, quod posthac arcae nostrae[21] fiducia conturbaret; lusique in eo genere et familiariter et cum dignitate. Amor autem eius erga nos perfertur omnium nuntiis singularis. Et literae[22] quidem ad id, quod exspectas, fere cum tuo reditu iungentur; reliqua singulorum dierum scribemus ad te, si modo tabellarios tu praebebis. Quamquam eiusmodi frigus impendebat, ut summum periculum esset, ne Appio suae aedes urerentur[23]. Vale.

CXXXIII (Ad Div. VII, 5)

Argumentum. C. Trebatium Testam, iurisconsultum, familiarem suum, Caesari Galliarum proconsuli, diligentissime commendat.

bo, gli era stato consegnato tutto guazzoso di acqua: cotalchè egli non sa eziandio che quivi fosse alcuna mia lettera. Ma di quella di Balbo avea ricolto alcune poche parole, alle quali rispose con queste: *Veggo che tu mi scrivesti qualcosa di Cicerone, che non ho potuto rilevare; ma, secondo che mi parea indovinarne, egli era siffatta cosa più da desiderare, che da sperarla.* Il perchè io gli rescrissi nella stessa sentenza. Or tu lo scherzo di lui circa la povertà sua non disprezzarlo. Glielo rimbeccai così: Che egli altresì mal poteva fallire, a fidanza della mia borsa. Nella qual sentenza scherzai seco alla dimestica e con dignità. Ora dell'amor di lui singolare verso di me [1] tutti ne parlano a bocca piena. Anche le lettere intorno a ciò che tu aspetti vogliono venire forse ad un passo medesimo col tuo tornar qua. Ti scriverò ogni altra cosa dì per dì, sì veramente che tu mi tenga presti i corrieri: quantunque egli fa un freddo di sì maladetta ragione di sorte, che egli è gran pericolo non la casa di Appio ne sia brugiata. A Dio.

CXXXIII. (A Div. VII, 5)

Argomento. Raccomanda a Cesare proconsole delle Gallie, con tutto lo studio, Trebazio Testa giureconsulto, suo amico.

Scr. Romae A. V. C. DCXCIX, mense Feb. aut Martio.

CICERO CAESARI IMP.[1] S. D.

Vide, quam mihi persuaserim, te esse me alterum[2], non modo in his rebus, quae ad me ipsum, sed etiam in iis, quae ad meos pertinent. C. Trebatium[3] cogitaram, quocumque exirem[4], mecum ducere, ut eum meis omnibus studiis, beneficiis quam ornatissimum[5] domum reducerem. Sed postea quam et Pompeii commoratio[6] diuturnior erat, quam putaram; et mea quaedam tibi non ignota dubitatio[7] aut impedire profectionem meam videbatur, aut certe tardare: vide, quid mihi sumpserim. Coepi velle, ea Trebatium exspectare a te, quae sperasset[8] a me. Neque mehercule minus ei prolixe de tua voluntate promisi, quam eram solitus de mea polliceri. Casus vero mirificus quidam intervenit, quasi vel testis opinionis meae, vel sponsor humanitatis tuae. Nam quum de hoc ipso Trebatio cum Balbo nostro loquerer accuratius domi meae, literae mihi dantur[9] a te, quibus in extremis scriptum erat: *M. Rufum*[10], *quem mihi commendas, vel regem Galliae faciam, vel hunc Leptae delega si vis*[11]. *Tu ad me alium mitte quem ornem.* Sustulimus manus et ego et Balbus. Tanta fuit opportunitas, ut illud nescio quid[12] non fortuitum, sed divi-

Scritta a Roma l'anno DCXCIX, nel mese di Febbraio, o Marzo.

CICERONE A CESARE IMPERADORE S.

Vedi [1] quanto io mi tenga sicuro te essere un altro me non pure nelle cose partenenti a me medesimo, ma eziandio a' miei. Io aveva fatto ragione di condur meco, dove che io m'andassi, Trebazio, con animo di ricondurlo a casa colmato il più che potesse de' miei servigi ed amorevolezze. Ma avendo veduto l'indugiar qui di Pompeo [2] esser troppo menato più in lungo dal mio avviso, e dubitando che un cotal mio sospetto, a te non ignoto, non guastasse, o certo ritardasse la mia partenza (vedi mia presunzione!), sono entrato in una mia deliberazione, che Trebazio dovesse da te aspettare quelle cose che egli avea sperato da me: nè, in fede mia, gli ho fatte meno larghe promesse dell'animo tuo, che io solessi fare del mio. Ma che? intravvenne caso miracoloso, che mi fu per poco o testimonio della credenza mia, o mallevadore della tua bontà. Conciossiachè, ragionando in casa mia molto studiosamente col nostro Balbo [3] intorno ad esso Trebazio, ecco mi son date tue lettere, nel fine delle quali così scrivevi: *Cotesto M. Rufo* [4] *che tu mi raccomandi, o io il farò re delle Gallie, o tu mandalo a Lepta* [5] *Legato. Ora se ciò vuoi far tu, e tu mandami un altro al quale io faccia servigio.* Levammo al cielo le mani io e Balbo, che mi fosse caduto il destro sì bello, che al tutto non parve un non so qual abbattimento,

num videretur. Mitto igitur ad te Trebatium, atque ita mitto, ut initio mea sponte, post autem invitatu tuo mittendum duxerim. Hunc, mi Caesar, sic velim omni tua comitate complectare, ut omnia, quae per me possis adduci, ut in meos conferre velis, in unum [13] hunc conferas; de quo tibi homine haec spondeo (non illo vetere verbo [14] meo, quod, quum ad te de Milone scripsissem, iure lusisti, sed more Romano [15], quo modo homines non inepti loquuntur) probiorem hominem, meliorem virum, pudentiorem [16] esse neminem. Accedit etiam, quod familiam ducit [17] in iure civili, singularis memoria, summa scientia. Huic ego neque tribunatum, neque praefecturam, neque ullius beneficii certum nomen peto; benivolentiam tuam et liberalitatem peto [18], neque impedio, quo minus, si tibi ita placuerit, etiam hisce eum ornes gloriolae insignibus. Totum denique hominem tibi ita [19] trado de manu (ut aiunt) in manum tuam istam, et victoria et fide praestantem. Sumus [20] enim putidiusculi; quamquam [21] per te vix licet: verum, ut video, licebit. Cura, ut valeas, et me, ut amas, ama.

CXXXIV. (Ad Q. frat. II, 13)

Argumentum. De rebus Id. Febr. in senatu actis; de Callisthene et Philisto historiae scriptoribus.

ma cosa dagli Dei ordinata. Ti mando dunque Trebazio, e tel mando com' uomo che da prima io intendea mandar di mia volontà, e poscia per invito fattomene da te medesimo. Ora quest' uomo io vorrei, o mio Cesare, che tu accogliessi con tutta la tua usata benignità, per adoperar in lui solo tutti que' servigi i quali tu a petizion mia possa mai condurti a fare a' miei medesimi [6]. Di quest' uomo io ti sto pagatore (non miga con quelle mie vecchie formule, le quali, scrivendoti io di Milone [7], dirittamente motteggiasti, ma all' usanza romana [8], come parlano le persone savie), che uom più dabbene, miglior personaggio e più onesto al mondo non troveresti. S' aggiunge a questo, che egli mena seco famiglia [9], e che nella ragion civile ha singolar memoria [10] e scienza profonda. Per lui non dimando nè tribunato [11], nè prefettura, nè nessun altro benefizio nominatamente: dimando la tua benvoglienza e benignità; e non tolgo per questo che, volendo tu, nol fornisca eziandio di queste insegne di minuta gloria. In somma, tutto quanto egli è lo metto dalla mia (come dicono) in cotesta tua mano, per vittorie e per fede gloriosa. Ecco noi siamo in ciò alquanto più fastidiosetti, che tu tel possa patire; ma te ne passerai, come credo. Fa di star sano, ed amami: quel che tu fai. A Dio.

CXXXIV. (A Q. frat. II, 13)

Argomento. Delle cose trattate in senato a' 13 di febbraio; e degli storici Callistene e Filisto.

Scr. Romae A. V. C. DCXCIX, postr. Id. Febr.

MARCVS Q. FRATRI S.

Risi nivem atram [1]: teque hilari animo esse et promto ad iocandum, valde me iuvat. De Pompeio [2] assentior tibi, vel tu potius mihi. Nam, ut scis, iampridem istum canto [3] Caesarem. Mihi crede, in sinu est, neque ego discingor [4]. Cognosce nunc Idus. Decimus erat Caelio dies [5]. Domitius ad numerum [6] iudices non habuit. Vereor ne homo teter et ferus, Pola Servius, ad accusationem veniat. Nam noster Caelius valde oppugnatur a gente Clodia. Certi nihil est adhuc; sed veremur. Eodem igitur die Tyriis [7] est senatus datus frequens; frequentes contra Syriaci publicani. Vehementer vexatus Gabinius; exagitati tamen a Domitio [8] publicani, quod eum essent cum equis prosecuti [9]. C. noster Lamia [10] paullo ferocius, quum Domitius dixisset: *Vestra culpa haec acciderunt, equites Romani; dissolute enim iudicatis. — Nos iudicamus, vos laudatis* [11], inquit. Actum est eo [12] die nihil. Nox diremit. Comitialibus diebus, qui Quirinalia sequuntur, Appius interpretatur non impediri se lege Pupia [13], quo minus habeat senatum, et quod Gabinia sanctum sit, etiam cogi ex Kal. Febr. usque ad Kal. Martias, legatis senatum quotidie dare [14]. Ita pu-

Scritta a Roma l'anno DCXCIX, a' 14 di Febbraio.

MARCO A QUINTO FRATELLO S.

Ho riso della *neve scura* [1], e ben mi piace che tu sia di buon umore e disposto a' scherzi. Quanto a Pompeo, io son dalla tua, o piuttosto tu dalla mia: chè, come sai, egli è un pezzo ch'io metto Cesare in cielo. Credimi, lo mi porto in seno, e senza scioglier la fascia. Ora odi delle Idi. Celio era al decimo giorno, e Domizio non ebbe il giusto numero di giudici; e temo non Pola Servio, uomo feroce e torbido, non venga all'accusa, perchè il nostro Celio è forte oppugnato da casa Clodia. Fino a qui nulla di certo; ma ne dubito. Nel dì medesimo fu dato a' Tirii senato ben pieno, e piena altresì fu la parte de' Pubblicani di Siria. Gabinio fu messo forte alle strette; e stretti altresì fra l'uscio e 'l muro da Domizio i Publicani, perchè lo avessero accompagnato a cavallo. Alle parole di Domizio = *Di queste cose gran mercè a voi, o cavalieri romani, che giudicate alla scapestrata* = Lamia rispose con un po' di ferocia: *Noi diam le sentenze, voi assolvete.* In quel dì nulla fu conchiuso; la notte tagliò. Ne' dì comiziali, che seguono a' quirinali, Appio, interpretando la legge Pupia, si tiene licenziato di tener senato; anzi, per la sanzione della Gabinia, costretto di dar senato ogni dì a' Legati, dal primo di febbraio fino al primo di marzo: e tuttavia in questi

tantur detrudi comitia in mensem Martium. Sed tamen his comitialibus tribuni plebis de Gabinio [15] se acturos esse dicunt. Omnia colligo, ut novi scribam aliquid ad te. Sed ut vides, res me ipsa deficit. Itaque ad Callisthenem, et ad Philistum redeo [16], in quibus te video volutatum. Callisthenes quidem vulgare [17] et notum negotium, quemadmodum Graeci aliquot locuti sunt [18]. Siculus ille capitalis, creber, acutus, brevis, paene pusillus Thucydides; sed utros eius habueris libros (duo enim sunt corpora) an utrosque, nescio. Me magis de Dionysio delectat [19]. Ipse est enim veterator magnus, et perfamiliaris Philisto [20]. Sed quod adscribis, aggrederisne ad historiam? me auctore potes. Et, quoniam tabellarios subministras, hodierni diei res gestas Lupercalibus habebis. Oblecta te cum Cicerone nostro quam bellissime.

CXXXV.

(Ad Div. VII, 6)

Argumentum. Trebatium, quem ad Caesarem in Galliam miserat, desiderium urbis impatienter ferentem, hortatur, ut maneat in provincia, et quo consilio profectus sit, id assiduitate et virtute assequatur.

Scr. Romae A. V. C. DCXCIX, mense Martio.

CICERO TREBATIO S. D.

In omnibus meis epistolis, quas ad Caesarem, aut ad Balbum [1] mitto, legitima quaedam est

comiziali i tribuni della plebe dicono di voler trattar l'affare di Gabinio. Io vo raccogliendo ogni ciarpa, per mandarti qualche cosa di nuovo: ma, come tu vedi, mi manca materia. Adunque torno a Callistene [2] ed a Filisto, ne' quali io so che tu ti se' voltolato. Or Callistene è una faccenda volgare e nota, secondo che la chiamarono alcuni Greci. Quel Siciliano poi, tutto ingegno, affoltato, acuto, breve, per poco un picciol Tucidide; ma qual de' due suoi libri tu abbi avuto (che son due volumi) non so. A me va più a sangue quell'intorno a Dionisio: perchè costui è un gran volpone, e corpo ed anima di Filisto. Ma pon' tu mano, secondo che tu aggiugni nella lettera, alla storia? Statti sopra di me; lo puoi fare. Or posciachè tu mi fornisci di corrieri, pe' Lupercali [3] tu avrai ogni novella di questo giorno. Spássati con Cicerone nostro più lautamente che puoi.

CXXXV. (A Div. VII, 6)

Argomento. Conforta Trebazio, da sè mandato a Cesare nelle Gallie (che si moriva di smania di tornare a Roma), a rimanersi nella provincia per dover conseguire, per istanza e virtù, quel frutto che venendo s'era proposto.

Scritta a Roma l'anno DCXCIX, nel mese di Marzo.

CICERONE A TREBAZIO S.

In tutte le lettere ch'io scrivo a Cesare, o a Balbo, io son solito di aggiungerci raccomandazioni della per-

accessio commendationis tuae: nec ea vulgaris, sed cum aliquo insigni indicio meae erga te benivolentiae. Tu modo ineptias istas, et desideria urbis, et urbanitatis depone: et, quo consilio profectus es [2], id assiduitate et virtute consequere [3]. Hoc tibi tam ignoscemus [4] nos amici, quam ignoverunt Medeae [5], quae Corinthum « arcem altam « habebant [6] matronae opulentae, optimates »; quibus illa manibus gypsatissimis [7] persuasit, ne sibi vitio illae verterent, quod abesset a patria. « Nam « multi suam rem bene gessere et publicam, pa« tria procul [8]. Multi, qui domi eatatem agerent, « propterea sunt improbati ». Quo in numero tu certe fuisses, nisi te extrusissemus. Sed plura scribemus alias. Tu, qui ceteris cavere didicisti [9], in Britannia [10] ne ab essedariis decipiaris, caveto: et quando [11] Medeam agere coepi, illud semper memento: *Qui ipse sibi sapiens prodesse non quit* [12], *nequicquam sapit.* Cura, ut valeas.

CXXXVI. (Ad Div. VII, 7)

Argumentum. Studium suum in commendando significat; monet ut Caesari operam det, ab eoque exspectet omnia.

Scr. Romae A. V. C. DCXCIX, mense Apr.

CICERO TREBATIO S. D.

Ego te commendare non desisto; sed, quid proficiam, ex te scire cupio. Spem maximam ha-

sona tua; e non mica delle comuni, ma con qualche peculiar cenno del ben ch'io ti voglio. Solamente manda via coteste tue fanciullaggini, e le smanie dell'esser lontano da Roma e da questa cittadinità [1]; ma colla assiduità e col valore mettiti di forza a raggiugnere quel fine per lo qual sei partito. Or noi amici tanto ti perdoneremo questa cosa, quanto a Medea faceano quelle ricche ottimate matrone le quali abitavano in Acrocorinto [2] (nella rocca alta di Corinto); alle quali ella con mani bianchissime [3] persuase che non volessero biasimarla, perchè vivesse fuori di patria. « Conciossiachè « molti stando fuori di patria, ottimamente si sono « avanzati; e molti che consumarono la vita in casa, « ne acquistarono mala voce ». De' quali certamente uno saresti stato tu, se noi non t'avessimo cacciato fuori. Ma per un'altra volta diremo altro più. Tu che se' sperto di stare alla guardia degli altri [4], pígliati guardia tu stesso in cotesta Inghilterra, che tu non sii preso in mezzo da' carrettieri [5]; e posciachè ho messo mano a rappresentare Medea, fa d'aver sempre in mente: *Che chiunque è savio, e non sa far bene a se stesso, costui non sa un zero* [6]. Fátti buon governo.

CXXXVI. (A Div. VII, 7)

Argomento. Gli mostra il suo zelo nel raccomandarlo a Cesare; e l'ammonisce di fargli ogni servizio, da lui aspettandosi ogni ventura.

Scritta a Roma l'anno DCXCIX, nel mese di Aprile.

CICERONE A TREBAZIO S.

Io non rifino mai di fare raccomandazioni per te: ora sta a te di farmi sapere frutto che io ne ricolga.

beo in Balbo: ad quem de te diligentissime et saepissime scribo [1]. Illud soleo mirari, non me toties accipere tuas literas, quoties a Quinto mihi fratre afferantur [2]. In Britannia nihil esse audio neque auri, neque argenti [3]. Id si ita est, essedum aliquod suadeo capias [4], et ad nos quam primum recurras. Sin autem sine Britannia tamen assequi, quod volumus [5], possumus; perfice, ut sis in familiaribus Caesaris. Multum te in eo frater adiuvabit meus, multum Balbus; sed, mihi crede, tuus pudor et labor plurimum. Imperatorem [6] liberalissimum, aetatem opportunissimam, commendationem certe singularem habes; ut tibi unum timendum sit, ne ipse tibi defuisse videare.

CXXXVII. (Ad Att. IV, 14)

Argumentum. Atticum Roma absentem rogat, ut ad suos scribat, ut libri sui Ciceroni pateant; et ut si quid novi habet scribat, denique ut itinere ex sententia confecto se quam primum revisat.

Scr. in Cumano A. V. C. DCXCIX, mense Maio.

CICERO ATTICO S.

Vestorius [1] noster me per literas fecit certiorem, te Roma a. d. VI Id. Maias putare profectum esse [2], tardius quam dixerat, quod minus valuisses. Si iam melius vales, vehementer gau-

lo n'ho grandissima speranza in Balbo, al quale scrivo di te con grandissimo affetto, e il più spesso che posso. Ben mi soglio maravigliare come ciò sia, che io non ricevo tue lettere tutte le volte che me ne vengono da Quinto fratello. In Inghilterra sento non essere punto di oro nè di argento [1]. Se la cosa è così, io ti conforto di metter mano a qualche calesse, e tornartene qua a rotta. Se poi anche senza l'Inghilterra c'è però via da venire agli intenti nostri, fa ogni opera di metterti in familiarità di Cesare: al che ti darà molto di spalla mio fratello, e molto anche Balbo. Ma, credimi, troppo più lo farà la tua onestà, e 'l darti le mani attorno. Hai imperadore liberalissimo, un' età affatto da ciò, grazia senza dubbio singolare: cotalchè di sola una cosa mi par da temere, non forse tu stesso ti sia lasciato scappar il destro di mano. A Dio.

CXXXVII. (Ad Att. IV, 14)

Argomento. Prega Attico, uscito da Roma, che voglia scrivere a' suoi che gli sia lasciata aperta la sua libreria; e che se nulla c'è di nuovo, glielo scriva; e da ultimo che, dopo avuto il fine di quel suo viaggio, torni al più presto a rivederlo.

Dal Cumano l'anno DCXCIX, nel mese di Maggio.

CICERONE AD ATTICO S.

Il nostro Vestorio mi scrisse (come egli credea) che tu fossi partito da Roma a' 10 di maggio, più tardi che non avevi promesso, per non sentirti in tempera. Se oggimai tu sei in miglior essere, lodato Dio!

deo. Velim, domum ad te [3] scribas, ut mihi tui libri pateant, non secus, ac si ipse adesses, quum ceteri, tum Varronis [4]. Est enim mihi utendum quibusdam rebus ex iis libris ad eos, quos in manibus habeo [5]: quos, ut spero, tibi valde probabo. Tu velim [6], si quid forte novi habes, maxime a Quinto fratre [7], deinde a C. Caesare, et si quid forte de comitiis, de re publica, (soles enim tu haec festive [8] odorari) scribas ad me; si nihil habebis, tamen scribas aliquid. Numquam enim mihi tua epistola aut intempestiva, aut loquax visa est. Maxime autem rogo, rebus tuis, totoque itinere ex sententia confecto, nos quamprimum revisas. Dionysium [9] iube salvere. Cura, ut valeas.

CXXXVIII. (Ad Q. frat. II, 14)

Argumentum. Nuntiat se librum de re publica scribere; Quinto operam in mandatis eius persequendis pollicetur; Orfium et Trebatium commendat.

Scr. in Cumano vel Pompeiano A. V. C. DCXCIX, mense Maio.

MARCVS Q. FRATRI S.

Duas adhuc a te accepi epistolas, quarum alteram [1] in ipso discessu nostro, alteram Arimino datam. Plures, quas [2] scribis te dedisse, non acceperam. Ego me in Cumano et Pompeiano, prae-

Vorrei che tu scrivessi a' tuoi di casa che mi tengano aperta la tua libreria, così appunto, come se tu ci fossi tu: sì gli altri libri, e sì que' di Varrone [1]; chè e' mi fanno bisogno a certe cose che n'ho a trarre per quelle opere che sto scrivendo, delle quali, siccome spero, non poco ti loderai. Tu scrivimi, te ne prego, se mai avessi nulla di nuovo, massimamente da Quinto fratello [2], quindi da C. Cesare; ed anche se nulla de' Comizii e della Repubblica: essendo tu solito annasare co' tuoi be' modi siffatte cose. Se tu non hai niente, scrivimi nondimeno qualcosa: chè niuna tua lettera mi riuscì mai nè fuor di tempo, nè chiacchierona. Soprattutto ti prego che, spacciato secondo il piacer tuo ogni affare, e tutto cotesto viaggio, tu faccia quanto prima di rivederci. Salutami Dionisio. Abbiti cura.

CXXXVIII. (A Q. frat. II, 14)

Argomento. Gli fa sapere de' libri della Repubblica che sta scrivendo; promette a Quinto l'opera sua nel dar effetto alle sue commissioni; gli raccomanda Orfio e Trebazio.

Dal Cumano, o dal Pompeiano, l'anno DCXCIX, nel mese di Maggio.

MARCO A QUINTO FRATELLO S.

Due lettere avute da te fino a qui: l'una scritta appunto nel nostro partirci insieme; l'altra da Rimini; delle altre più che tu dì d'avermi scritto, nessuna. Io mi vo spassando nel Cumano e nel Pompeiano, salvo

terquam quod sine te, ceterum satis commode oblectabar [3]. Et eram in iisdem locis usque ad Kal. Iunias futurus. Scribebam illa, quae dixeram, πολιτικά: spissum sane opus et operosum. Sed si ex sententia successerit: bene erit opera posita [4]. Sin minus: in illud ipsum mare deiiciemus, quod scribentes spectamus [5]. Aggrediemur alia, quoniam quiescere non possumus. Tua mandata persequar diligenter, et adiungendis hominibus, et quibusdam [6] non alienandis. Maximae mihi vero curae erit, ut Ciceronem tuum nostrumque videam, scilicet quotidie: sed et inspiciam [7] quid discat, quam saepissime; et, nisi ille contemnet [8], etiam magistrum me ei profitebor: cuius rei nonnullam consuetudinem nactus sum in hoc horum dierum otio, Cicerone nostro minore perdocendo [9]. Tu, quemadmodum scribis, quod etiam si non scriberes, facere te diligentissime tamen sciebam, facies scilicet, ut mea mandata [10] digeras, persequare, conficias. Ego, quum Romam venero, nullum praetermittam Caesaris tabellarium, cui literas ad te non dem. His diebus (ignosces) cui darem, fuit nemo ante hunc M. Orfium, equitem Romanum [11], nostrum et pernecessarium, et quod est ex municipio Atellano: quod scis esse in fide nostra. Itaque eum tibi commendo in maiorem modum, hominem domi splendidum, gratiosum etiam extra domum: quem fac ut tua liberalitate

il non averti qui meco, con non poco piacere; e fo ragion di rimanermi qui medesimo fino all'entrar di giugno. Sto scrivendo, come ti dissi, della Repubblica: lavoro fitto e di molta faccenda. Ma se mi venga fornito come voglio io, n'avrò pagate le spese; e se no, e noi il gitteremo in questo mare medesimo che scrivendo ci sta sugli occhi. Metterem mano ad altro, da che star indarno non posso. Alle cose da te raccomandatemi io darò opera accuratamente, sì nell'accattarti amicizie, e sì nel non istorpiarne certe altre. Ma soprattutto farò diligenza di vedere (dico ogni dì) il Ciceron tuo e nostro, e sarò continuo a far la veduta del profitto che e' fa; anzi, se egli nol rifiuti, io me gli profferirò anche maestro: di che ho io preso qualche po' di uso in questo ozio di questi giorni, ammaestrando il Ciceron nostro [1]. Tu farai, secondo che mi scrivi (e, non iscrivendolmi anche, io era sicuro che tu il facevi diligentissimamente), di recare a ordine e dar opera a spacciarmi ogni cosa che ti raccomandai. Tornatone a Roma, non partirà corriere di Cesare, che io non gli dia lettere a te. In questi giorni (scusami) non ebbi a mano nessuno a chi darne, prima di questo Orfio cavaliere romano, cosa nostra; sì per esserci molto intrinseco, e sì perchè egli è del Municipio Atellano, il quale sai a noi essere raccomandato. Lui dunque quanto più posso ti raccomando: ch' egli è uomo splendido per in casa, e grazioso per di fuori.

tibi obliges. Est tribunus militum in exercitu nostro [12]. Gratum hominem, observantemque cognosces. Trebatium ut valde ames, vehementer te rogo. Vale.

CXXXIX. (Ad Div. VII, 8)

Argumentum. Scribit se Trebatium Caesari iterum commendasse; reprehendit autem eius festinationem, et miratur cur tribunatus commoda contempserit.

Scr. Romae A. V. C. DCXCIX, mense Maio.

CICERO TREBATIO

Scripsit ad me Caesar perhumaniter, nondum te sibi [1] satis esse familiarem propter occupationes suas, sed certo [2] fore. Cui quidem ego rescripsi, quam mihi gratum esset futurum, si quam plurimum in te studii, officii, liberalitatis suae contulisset. Sed ex tuis literis cognovi praeproperam quamdam [3] festinationem tuam; et simul sum admiratus, cur tribunatus [4] commoda, demto praesertim labore militiae, contemseris. Querar cum Vacerra et Manilio [5]; nam Cornelio nihil audeo dicere, cuius tu periculo stultus es, quando [6] te ab eo sapere didicisse profiteris. Quin tu urges istam occasionem et facultatem, qua melior numquam reperietur? Quod scribis de illo Preciano iurisconsulto [7], ego te ei non desino com-

Vedi di obbligartelo colla tua liberalità: egli è tribun de' soldati nel nostro esercito. Lo troverai grato e d'animo reverente. A Trebazio (te ne prego) vuogli tutto il bene.

CXXXIX. (A Div. VII, 8)

Argomento. Scrive a Trebazio d'averlo da capo raccomandato a Cesare; riprende la sua fretta, e dice di non intendere come egli abbia fatto poco conto delle utilità del tribunato.

Scritta a Roma l'anno DCXCIX, nel mese di Maggio.

CICERONE A TREBAZIO

Mi scrisse Cesare con tutta umanità di non aver potuto, per le sue occupazioni, fare a te troppa copia di sè, ma che di certo il farà; ed io gli risposi, quanto piacere m'avrebbe fatto, usando in te il più che si potesse dell'affezion sua, delle cortesie, della larghezza. Ma dalle tue lettere ho scoperta in te una certa fretta fuor di proposito; e mi sono altresì maravigliato come tu ti sia lasciato fuggir di mano i vantaggi del tribunato [1], massimamente franchi del travaglio della milizia. Ne farò mie doglianze con Vacerra e con Manilio [2]; chè a Cornelio non oso dir nulla, il quale dee scapitare di questa tua goffaggine, protestando tu di aver da lui imparato esser savio. Or che non afferri tu quest'occasione e questo bel destro, che de' migliori non te ne verrebbono a mano? Quanto a quel Preziano [3] giureconsulto, del qual mi scrivi, io non re-

mendare. Scribit enim ipse mihi, te sibi gratias agere [8] debere. De eo quid sit, cura, ut sciam. Ego vestras literas Britannicas [9] exspecto. Vale.

CXL. (Ad Q. frat. II, 15, pars prima)

Argumentum. 1 Caesaris in se et Quintum amorem et liberalitatem collaudat, suumque erga eum studium pollicetur; 2 de Trebatio benigne a Caesare accepto, et Curtio ei commendato; 3 de rerum Romanarum statu.

Scr. Romae A. V. C. DCXCIX, mense Maio.

MARCVS Q. FRATRI S.

1 A. d. IIII Nonas Iunias, quo die Romam veni, accepi tuas literas datas Placentiae [1]: deinde alteras postridie datas Laude Nonis [2], cum Caesaris literis, refertis omni officio, diligentia, suavitate. Sunt ista quidem magna [3], vel potius maxima. Habent enim vim magnam ad gloriam et ad summam dignitatem. Sed mihi crede, quem [4] nosti: quod in istis rebus ego plurimi aestimo, id iam habeo: te scilicet primum tam inservientem communi dignitati; deinde Caesaris tantum in me amorem; quem omnibus iis [5] honoribus, quos me a se exspectare vult, antepono. Literae vero eius una datae cum tuis, quarum initium est: Quam suavis ei tuus adventus fuerit, et recordatio veteris amoris; deinde, se effecturum,

sto di tenergliti raccomandato; anzi egli stesso scrive a me che tu gli se' tenuto di render grazie. Fammi sapere come stia il fatto. Io aspetto tue lettere d'Inghilterra 4. A Dio.

CXL. (A Q. frat. II, 15, parte prima)

Argomento. 1 Leva a cielo l'amor e la liberalità di Cesare verso di sè e del fratello, e gli promette per conto di lui tutto il suo zelo; 2 delle benigne accoglienze fatte da Cesare a Trebazio, e di Curzio a lui raccomandato; 3 circa lo stato delle cose di Roma.

Scritta a Roma l'anno DCXCIX, nel mese di Maggio.

MARCO A QUINTO FRATELLO S.

1 Il dì 2 di giugno, nel qual venni a Roma, ebbi una tua lettera colla data di Piacenza; e l'altro dì un' altra da Lodi [1], a' 5, con lettere di Cesare colme di tutta cortesia, amorevolezza, soavità. Or queste cose non pure sono un gran che, ma un grandissimo: chè importano gran peso di gloria e di altezza di onore. Ma credimi (e ben mi conosci), quello di che in questa bisogna io fo maggior capitale, io il tengo già in mano: e questo se' tu, che tanto aiuti l'onor tuo e 'l mio; e dopo te, l'affezione che tanta mi porta Cesare, la quale io metto innanzi a tutti questi onori ch' egli mi fa aspettare da sè. Ma incredibil consolazione mi diede la lettera di lui, con la data medesima delle tue, nella quale m' entra dicendo quanto gli sia stata cara la tua venuta, e la ricordanza del vecchio amor nostro; e come egli avrebbe operato per

ut ego in medio dolore ac desiderio tui, te, quum a me abesses, potissimum secum esse laetarer; incredibiliter delectarunt. Quare facis tu quidem fraterne, quod me hortaris, sed mehercule currentem nunc quidem, ut omnia mea studia in istum unum conferam. Ego vero ardenti quidem studio hoc fortasse [6] efficiam, quod saepe viatoribus, quum properant, evenit: ut, si serius, quam voluerunt [7], forte surrexerint, properando, etiam citius, quam si de multa nocte [8] vigilassent, perveniant quo velint: sic ego, quoniam in isto homine colendo tam indormivi diu, te mehercule saepe excitante, cursu corrigam tarditatem, tum equis, tum vero [9] (quoniam scribis poëma [10] ab eo nostrum probari) quadrigis poëticis. Modo mihi date Britanniam, quam pingam coloribus tuis, penicillo meo. Sed quid ago? quod mihi tempus, Romae praesertim, ut iste [11] me rogat, manenti, vacuum ostenditur? sed videro. Fortasse enim (ut fit) vincet tuus amor [12] omnes difficultates.

2 Trebatium quod ad se miserim, persalse et humaniter etiam gratias mihi agit. Negat enim, in tanta multitudine eorum, qui una essent, quemquam fuisse, qui vadimonium [13] concipere posset. M. Curtio [14] tribunatum ab eo petivi (nam Domitius [15] se derideri putasset, si esset a me rogatus [16]: hoc enim est eius quotidianum [17], se

forma, che io, nel forte del mio dolore e pena della tua lontananza, non avrei provato maggior allegrezza di questa, del saperti vicino a sè. Il perchè tu fai ben da fratello, frugandomi (ma, ti prometto, tu frughi al presente uno che corre) che tutte le mie cure io spenda in solo cotesto uomo. Or io lo farò con tutto l'ardore; e forse mi verrà conseguito quello che avviene a' viandanti, pigliando il trotto, che essendosi per avventura levati più tardi che non volevano, studiando poi il passo, arrivano anche più presto al lor fine, che se a gran notte si fossero risentiti. Così io, il quale sopra coltivare cotesto uomo ho sì lungamente dormigliato (e tu, dirò il vero, spesso venivimi punzecchiando), emenderò correndo la tardità mia, sì a cavallo e sì (da che mi scrivi essergli il mio poema piaciuto) a quadriga poetica. Solamente, datemi l'Inghilterra da dipingere co' tuoi colori e col mio pennello. Ma che fo io? Quale ozio mi resta da ciò? massime restandomi io in Roma, come il Messer me ne prega? Ma vedrò poi: forse l'amor tuo, come incontra, vincerà tutti gl'impedimenti.

2 Anche dell'avergli io mandato Trebazio, con molto gentile scherzo mi rende grazie, affermandomi che di tante persone che sono con lui, non n'era uno che sapesse accozzar la formula d'un obbligo di comparigione. Io dimandai al medesimo il tribunato per M. Curzio (da che Domizio sel sarebbe recato ad insulto se io n'avessi pregato lui: poichè questo è il suo dir d'ogni dì, che egli non sarebbe eziandio un tribun di sol-

ne tribunum militum quidem facere: etiam in senatu lusit Appium collegam, propterea isse ad Caesarem, ut aliquem tribunatum auferret); sed in alterum annum. Id et Curtius ita volebat. Tu, quemadmodum me censes oportere esse in re publica [18] et in nostris inimicitiis, ita et esse, et fore auricula infima [19] scito molliorem.

3 Res Romanae se sic habebant. Erat nonnulla spes comitiorum, sed incerta; erat aliqua suspicio dictaturae [20], ne ea quidem certa; summum otium forense, sed senescentis magis civitatis, quam acquiescentis. Sententia autem nostra in senatu eiusmodi, magis ut alii nobis assentiantur, quam nosmetipsi. *Τοιαῦθ' ὁ τλήμων πόλεμος ἐξεργάζεται* [21].

CXLI. (Ad Q. fratr. II, 15, extr.)

Argumentum. Nihil opus esse rescribit fratri, ut sui periculi causa citius quam ipsi opus sit e provincia Romam redeat, ambitum in urbe valde ingravescere significat.

Scr. Romae A. V. C. DCXCIX, mense Quintili.

MARCVS Q. FRATRI S.

Calamo [1] et atramento temperato, charta etiam dentata [2] res agetur. Scribis enim, te [3] meas literas superiores vix legere potuisse; in quo nihil eorum, mi frater, fuit, quae putas. Neque enim occupatus eram, neque perturbatus, nec iratus

dati; ed anche in senato volle la baia di Appio collega suo, che avesse avuto ricorso a Cesare per buscarne qualche tribunato); ma per l'anno vegnente: chè così voleva Curzio medesimo. Or quanto al modo che tu credi a me convenire di governarmi nelle cose pubbliche e nelle nostre inimicizie, sappi ch'io sono e sarò più floscio del polpastrel dell' orecchia.

3 Le cose romane son qui: de' comizii v'è qualche speranza, ma incerta; anche qualche cenno della dittatura, ma nè questo fondato; nel Foro gran vacanza, ma meglio di città invecchiata che riposata. In senato poi io dico il parer mio per forma, che piace meglio agli altri che a me medesimo.

Queste son l'opre tue, guerra funesta![2]

CXLI. (A Q. frat. II, 15, ult.)

Argomento. Risponde al fratello, non bisognar punto che a cagione del suo pericolo egli voglia tornar dalla provincia a Roma prima del tempo da ciò; e gli fa sapere che le pratiche in Roma via più erano rinforzate.

Scritta a Roma l'anno DCXCIX, nel mese di Luglio.

MARCO A QUINTO FRATELLO S.

Scriverò con penna ed inchiostro ben preparati e carta levigata[1]: da che tu scrivi d'aver penato a leggere l'ultima mia lettera, nella quale però non ci fu nulla, fratelmo, di quello che tu sospettavi; da che nè io era occupato, nè riversato, nè crucciato con chic-

9 Affirmo *et Zeugmate* Ciceronis non esse: et, ut olim in iure solebant, sic ego sponsionem facerem, ni glossema sit. *Manut.* Vereor, ne temerariam fecerit sponsionem Manutius. Id enim oppidum erat positum in Euphratis transitu, vel ad pontem Euphratis, unde dictum fuerat Zeugma, quae vox graecis *pontem*, vel fluvii *trajectum* significat. Plin. l. V, c. 24, sect. 21: *Zeugma transitu Euphratis nobile.* Gruteri vetus liber habebat *in Euphrati zeugmate*; sic etiam codex Sorbonicus. Potuit *Euphrati* pro *Euphratis* scribi, ut multa id genus (ad ep. CVIII, not. 30). Ac profecto si legas *in Euphratis Zeugmate* aliquid vulgato melius habebis. *Olivetus.* Amb. *in euphrati et eugmate*; Lamb. *in Euphrate, Zeugma.*

10 Sic emendavit Schütz, quum libri aliquot habeant *quod non vult.* Tunstallus coniiciebat *nunc v.* Olivetus, auctore Victorio, negationem omisit; sane ei favet etiam liber Landi, ed. Iens. Edd. Ro. Aldi, Herv. *quod nolit...* Mox Amb. 16 cum ed. Herv. *revocare.*

11 Sibi enim honori magno esse putabat Romanorum magistratuum et ingenuorum vestem induere.

12 Idem lib. Land. *interpellet decernendum censeo. Inter-*

polare togam est, ut explanat Ernestius, cretam addere in vestem, ut candidior sit: ergo ut honor augeatur e repetitione decreti. Sic *tabulas interpolare*, nimirum *cera*.

13 Ignotum nomen; sed et libri variant: *Buscycum*, *Buscenum*, *Burisrienum*, quod Lambinus expressit, et apud Grut. *vix Rhenum*, *Busthenum* et *Burrenum*. Ed. Ro. *qui vix Rhenum p. modo ferebatis.*

14 Land. *me totum*. Mox *amplexatur*, ne reliqua eodem modo, quo superiora, discutiam.

15 Quum hospitibus meis, Graecis hominibus, intercedentibus in gratiam cum eo redierim. *Manut.*

16 Ignota res.

17 Forte Quintus, ut inter legatos Caesaris esset in Gallia, rogaverat.

18 Ambb. 16, 17, ed. Ro. Vict. *te video.*

19 Verba *ad Caesarem* omisit Lambinus. *Eodem illo exemplo*, quo usus sum in scribendo superiorem epistolam, quam cum aliis aqua madidam Caesar accepit. Italis *un' altra copia.*

20 Minus recte Ambb. 16, 17, Land. et edd. vett., Iensoniana excepta, *locum.*

21 Iocus ioco relatus. Si tu, inquit, eges, nos non abundamus. Itaque arcae nostrae noli confidere. Nam si decoxeris, ego te meis nummis tuo aere alieno non expediam. Et est hic *conturbare* pro *decoquere*. Edd. Iens. Min. Aldi *artis nostrae.*

22 Abest provocabulum *et* ab Amb. 16, Land. et ed. Rom. *Iungentur*, h. e. tum redditae erunt, quum ex Sardinia redieris.

23 Quod in domo consulis, quo salutandi ac deducendi causa quam plurimi convenirent, caminum esse oporteret, saeviente frigore, luculentissimum. *Manut.* Si εἰρωνικῶς dictum accipis, mordet, credo, avaritiam Appii.

CXXXIII.

1 Galliarum proconsuli; cf. ad ep. CXIII, 6.

2 Ita Schütz auctore Nizolio; cui loco similis est ille ep. LXX, 5: *Deinde te quasi me alterum.* Ernest. *te esse alterum me,* non sine exemplis. Vulgo *te me esse alterum.*

3 Testam, celeberrimum iurisconsultum.

4 Tamquam legatus Pompeii; ep. CXLVI, 5. Sed utrum Pompeii rei frumentariae procuratoris (ep. LXXXVII, 2), an Hispaniarum proconsulis, dissentiunt interpp. Pro ultima sententia stat cum Cellario Manutius, quia in ep. CL quum Cicero dicat *se in provinciam exiturum,* minus recte dixisset, si ad frumentariam procurationem exiturus fuisset. Verum neque locus hic, neque alius ep. CXLVI, 8, satis aperte indicat Ciceronem Pompeii legatum in Hispanias fuisse. Contra, legatum Pompeium in frumentaria procuratione arguunt epp. LXXXVII, 2, LXXXVIII, 3, et CXLVIII, 3 post med.

5 Ita Victorius, quum antea esset *meis communibus studiis b. q. o.* Unus Minutianus *m. commodis s.* etc. Ambb. quatt. et Rec. *beneficiisque ornatissimum.* Amb. 14, Zel. A et ed. Ro. *beneficiisque quam o.,* non male; sed *que* in Amb. a 2 m. Lamb. *et beneficiis q. o.*

6 Scilicet ad urbem.

7 Morem Pompeio gerere, et Romae esse volebat Cicero. Constat Ciceronem desiderio urbis provinciam, quae ei obtigit, deposuisse (ep. XIV, 2, in Pis. 2), legationemque sive liberam (epp. XXX, 3), sive ad Caesarem (ep. XLIV, 3), repudiasse.

8 Ambb., praeter 2 et 12, Rec. et edd. ante Vict. *exspectasset.*

9 Edd. vett. *dantur mihi.*

10 Ne codd. quidem Ambb. in hoc nomine consentiunt; habent enim *M. Rufinium*, alii cum Zel. A *M. Usium*, alii *Mirsium*, vel *M. Irsium*; Rec. *M. Issium*; Zel. B *M. Lisium*. Manut. et Lamb. *M. Furium*. Consentiunt autem edd. vett. in *M. Russum*, quod cum Schützio recepi, pro vulgato *M. Orsium*, quod erat e correctione Victorii. Infra verbum *Galliae* abest a Zel. B.

11 In voce *Leptae* libri consentiunt, non item in altera *delega*: Ambb. 13, 14 *delegem*; 3, 6, 7, 15 *delegam*. Edd. Min. Man. Lamb. *legatum*, Ro. *delegatum*. Ignoratio hominis et rei quamplurimis interpretum coniecturis locum fecit. Rutgersius (varr. lect. I, 5) *vel Leptide legatum*, nimirum Leptide nobilissima Africae urbe, et Colonia Iulia; Manut. et Ursin. *vel Leg.* (legionis) *III legatum*. Aliam I. F. Gronovii coniecturam vide inter interpretes Ciceronis ad hunc locum.

12 Sic Amb. 13 et ed. Min., quod Manutius et Lamb. praetulerunt. Et sic semper loquitur Cicero post *nescio*, epp. CXCVII, 2; CCXXXVIII, 2; CCXLII, 3; CDLXIII, 1. Vulgo *nescio quod*.

13 Ambb. 3, 7 *in virum*, et infra 6 cum Man. Lamb. *hoc spondeo*.

14 Quod nemo nostrum novit.

15 Gravissime; ep. CL post med: *Sic te ei tradidi, ut gravissime diligentissimeque potui*; ep. CLXXIII, 3: *Ego te Balbo more Romano commendabo*. Manut.

16 Hanc lectionem ex v. c. orae primae edit. commisit Egnatius, conspiciturque in Pal. pr. Vat. Recepit Vict. et posteriores. Recte; ep. CXXXVI ad Trebatium *tuus pudor*, etc. Olim *prudentiorem*.

17 Hoc non ad ipsum Trebatium refero, ut dicatur, suos habere sectatores, verum ad eius excellentem in iure civili memoriam atque scientiam. Quum enim laudare

Trebatium Cicero coepisset, adiunxit ea quae in eius laudibus ita prima sunt, ut quasi familiam ducere et excellere videantur. *Manut.* Itaque *quod* non pendet a sup. *accedit*, sed a subaudito *id*, h. e. *id quod f. d.* De genere loquendi vide in Ind. Minus recte infra tres Ambb. Rec. et ed. Min. *singulari memoria.*

18 Hoc membrum *benivolentiam — peto* deest in cod. Rec. Mox idem Rec. et edd. Ro. Med. Min. *gloriae insignibus.*

19 Vocabulum *ita* delevit Lambinus, quod tamen frequenter non sine lepore apud Ciceronem abundare videmus; vide Ind. Mox omnia illa *istam, et victoria et fide praestantem* non agnoscit Amb. 15.

20 Sic nostri omnes, Rec. et edd. Ro. Med. Vulgo *simus.* Mox edd. Iens. Min. *pudentiusculi,* quod rei non convenit.

21 Sic primus correxit Ernestius; vulgo *quam per te,* factum incuria librariorum, qui *putidiusculi* pro comparativo ceperunt, quum potius putidi diminutivum sit.

CXXXIV.

1 Scil. de qua scripsisti. Anaxagorae fuit opinio, nivem esse atram (Acad. II, 31), quod ex aqua fieret, quae nigra esset. Hac super re fortasse scripserat Quintus. Sed vide Manut. Infra statim Amb. 16 *a. esse, ut puto, ad i.*

2 Non debere nos unius Pompeii amicitia niti. *Manut.*

3 Celebro.

4 Faveo, neque favere umquam desinam. Ductum a rebus carissimis, quas in sinu gestamus; quae ne excidant non discingimur. *Manut.*

5 Id est constitutus edicto praetoris. Varr. Ald.: *Dictus erat C. dies.* Dies nimirum, quo Rufus causam de vi diceret apud praetorem Cn. Domitium Ahenobarbum.

6 Quum eo die, quo causam dici ex edicto oporteret, iudices eo, quo opus erat, numero non affuissent, irrita fiebat accusatio; ut integrum tamen esset, si quis eam praeterea vellet instituere: quod in hac Caelii causa timet Cicero, quum ait: *Vereor, ne homo teter et ferus, Pola Servius, ad accusandum veniat.* Atque etiam renovatam esse accusationem M. Caelii, ipsa declarat Ciceronis oratio, initio mensis Aprilis habita, ludis festisque publicis, satis longo post Idus Februarias, qui decimus erat Caelio dies, intervallo. *Manut.* Amb. 16 *iudices ad numerum.*

7 Nempe legationibus Tyro missis, ut de publicanis quererentur. *Manut.* Amb. 16, ed. Min. *Syriis*; errore operarum. *Syriaci*, nempe Tyrus provinciae Syriae attributa erat. *Vexatus Gabinius*, qui Syriam administrabat.

8 Consule, qui cum altero Domitio, *Cnaeo* praenomine, praetore, non est confundendus. *Tum* non *tamen* Faërnus volebat.

9 Honoris causa, quum e provincia (Gabinius) decederet. *Tislinus.*

10 *Lucium*, non *C.*, qui princeps equestris ordinis erat, et Ciceroni notissimus, intelligebat Manutius; recepit Schütz.

11 Reos: quos si absolvimus, quid reprehenditis, quum eosdem vos laudetis? Mos erat, ut auctoritate praediti viri reos in iudicio, antequam sententiae ferrentur, laudarent. Pleni exemplorum libri. *Manut.* Iudicia Romae tum temporis exercebant senatores, equites, et tribuni aerarii; ep. XXI, 2. Adnotat Gruterus Wouverium ex nescio quo cod. adscripsisse orae *vos colluditis*, idque non displicet Oliveto.

12 Land. *actum eo d. n.*

13 Comitialibus diebus haberi senatus lex Pupia vetabat, ut ex hoc loco colligitur.

14 Hoc est, interpretatur Appius, se cogi lege Gabinia, quae sancivit, ut Februarius mensis legationibus audiendis daretur, senatum legatis exterarum nationum quotidie dare. Haec est coniectura Faërni. Vulgo *dari.*

15 E provincia male administrata revocando. *Acturus*, apud populum.

16 Schütz, auctore Mureto (var. lect. II, 5), delevit *redeo*: bene Olivetus retinet et Clericus. Etiamsi nulla de his duobus mentio antecedit; tamen fieri potuit, ut alia epistola, quam non habemus, vel alio quovis modo Quintus a Marco de lectione horum historicorum iam certior factus fuerit.

17 Sic Mureti liber, et sic inde a Grutero editur vulgo, ut eadem prorsus sit ratio dicendi, atque illa ep. XVI init. *Teucris illa lentum sane negotium*, XCV, init.: *unumque certamen esset relictum, sententia Volcatii.* Olim *Callisthenis.* Mox *vulgare,* h. e. commune, triviale. Ambb. 16, 17 et edd. Aldi Min. *vulgatum.*

18 Haec verba *locuti sunt* aberant ab eodem libro Mureti; non ita bene. Mox *Siculus*, scilicet Philistus. *Capitalis*, hoc est ingeniosus: Ovid. Fast. III, 839: *capitale vocamus ingenium solers;* vide Muretum loco iam laudato. *Creber* explicatur de Orat. II, 13: *Thucidides ita creber est rerum frequentia.* Vidit Olivetus.

19 Alterum scilicet corpus, in quo de Dionysii rebus gestis egerat. *Victorius*, varr. lect. XXXIII, 19.

20 Ambb. Land. et edd. Ro. Min. post *Philisto* addunt *Dionysius*, inepte. Mox edd. Ro. Ald. Herv. *quod scribis.* Tum Land. *aggredieris ne;* Amb. 17 *aggrederis ne historiam.* Et paullo post idem Amb. cum Ald. Min. Vict. *me enim auctore.*

CXXXV.

1 Familiarem Caesaris, qui erat cum Caesare in Gallia. Infra Amb. 7 et Rec. *accessio est.*

2 Ad Caesarem.

3 Zel. N *prosequere.* Edd. vett. *id a. consequere et virtute.*

4 Amb. 16 *ignoscimus.*

5 Medeam cum viro suo Iasone Corinthum exsulem devenisse, demonstrat hic locus; et ex ipsa, quae exstat, Euripidis tragoedia cognoscitur. *Manut.*

6 Versus ex aliquo poëta, et quoniam Medeae mentio est, ex Ennii Medea putat Cellarius. Mox *habebant* pro habitabant, ut Plaut. in Bacc. I, 2, 6 *quis istic habet*, et Aulul. prol. 5 *qui nunc hic habet.* Vtrumque habet ed. Med. *habitabat habebant.*

7 Qui locum vitiosum putant, toti sunt in eo sanando: Samuel Petitus *III anibus gypsatissimis*, h. e. tribus vetulis albo colore candentibus; Verburg. *malis gypsatissimis*, h. e. genis infucatis. In ora codicis nostri 6 *alii citatissimis*, quod et in margine alterius Palatini esse notat Gruterus. An *argutissimis?* quasi dixerimus *parlanti*, quemadmodum de feminis Lusitanis legimus in Ricoglitore, Dicemb. 1826, n°. 24; pag. 855: « Le donne portoghesi si sono formate un alfabeto di lettere e geroglifici con le dita ». Vid. ad ep. CXCII, 1. Qui vero sanum putant, eum explicare conantur, idest, *fugitivis, improbissimis*, notavit vir doctus ad edit. principem apud Gebhardum. Gypsati enim de catasta, explanat ipse Gebhardus, venalicii; talis et Medea fugitiva erat, patris et patriae proditrix. *Barbaram* mulierem vero significari putabat Turnebus (Advers. XII, 18); nam barbarae mulieres manus sibi pingere solebant. Yvo Villiom. *frau-*

dolentam interpretabatur, quae dolos suos praetextu exornat, et illis aliquam bonam causam praetendit, puta, leges, et iura, aut simile. Simplicius I. Fr. Gronovius, illa, inquit, ut persona comica, manibus gypso, ut candidiores essent, illitis, vocem gubernans, ut Petron. c. 87. Mox Lamb. *illae vitio.*

8 Edd. Iens. Min. *a patria procul.* Mox Lamb. *domi qui aetatem egerunt.*

9 Cavere dicuntur proprie Icti; vide Indicem.

10 In Britanniam Trebatium non ivisse constat ex epp. CXLV, CL, extr., et CLXXVII.

11 Amb. 3, 7 *et quoniam.* Tum edd. vett. *coepi M. a.*, vel *c. a. M.*

12 Amb. 13 *ipsi sibi.* Omnes libri, praeter 2, tum scripti, tum typis excusi, *nequit.* Vulgatum *non quit* est, opinor, a Victorio, et habet Amb. 2. Effatum iterum laudatur tamquam ex Ennio de Off. III, 15.

CXXXVI.

1 Ambb. 3, et 7 *Sapientissime s.*, ed. Ro. *de te scripsi, diligentissimeque s.*

2 Ita Amb. 6, 7, 15, Zel. B cum vulgatis; reliqui et edd. vett. *afferuntur.*

3 Sic et ep. CXLIX, 7: *Etiam illud iam cognitum est*, etc. ubi vide. Spe predae Romanos in Britanniam transisse aliqui ex hoc loco coniiciunt. Id Caesari non convenit. Iocatur Cicero in Trebatii libidinem ditescendi.

4 Amb. 7 *recipias s.*, Zel. B et edd. vett. rectius *rapias suadeo*, Manutius *s. rapias.* De essedo, brevi et celeri barbarorum vehiculo, ex quo pugnam inibant, Caesar B. Gall. V, 16, Iornandes Rer. Goth. 2, et Virg. Geor. III, 204.

5 Nimirum, ut diteris simul, et gloria augearis. Edd. Min. Herv. Man. Lamb. *id quod v.*; minus recte. *Sis in familiaribus Caesaris*, a quo nimirum beneficium aliquod reportes; ep. CXXXIII. Mox edd. vett. cum Lamb. *Multum enim te.*

6 Ed. Ro. *Habes imperatorem*; Amb. 15 *imperatorem habes*; edd. Man. Lamb. *i. liberalissimum habes*; deleto altero *habes.*

CXXXVII.

1 Land. ed. Ro. *Nestorius*; incuria pictorum in pingenda prima epistolae litera. Alias eorumdem aberrationes omittimus. Mox edd. Iens. Herv. *VIII*, Min. *III Id.*

2 In Asiam; ep. CXLII, 2. De grandi autem via esse locum intelligendum suadent illa quae sequuntur: *totoque ex itinere*, etc. Mox malim, quod Faërnus corrigebat *tardius, quam dixeras.*

3 Edd. Iens. Min. Herv. *domum ad tuos*; nihil opus: Terent. in Eun. 1, 2, 125: *Venturum ad me — domum*; quod vidit Manutius. Ipse Cic. ep. IV, 1: *Apud te est.*

4 Quos Varro Romanorum sapientissimus scripsit. Eius laudes vide Acad. I, 3.

5 Nempe *de re publ.*; epp. seq., CXLVI, 4; CXLIX, 2; aliisque.

6 Lib. Land. et edd. Min. Herv. *Velim*; Ro. *Et velim.*

7 Quem apud Caesarem gratiosum forte augurabatur. De eo in ep. CXLVIII, 7. *A Quinto*, scil. ex literis Quinti. *De comitiis*, mox futuris.

8 Ita scribendum esse indicarunt Victorius et Manutius, et rescripserunt Ernestius, Sch. et Cler. Ante hos *festine.* Mox edd. Iens. Min. Herv. *conscribas.* Paullo infra *si nihil* rescripsi ex cod. Land. et edd. vett.; vulgo

si nil, quod, ut alias monui, ortum est e compendio scripturae.

9 Illum, qui bibliothecam nostro composuit, ornavitque; ep. CXI. Fuisse tum cum Attico colligitur ex ep. CXLII, 9. De eo iterum est sermo in ep. CCLII, 9.

CXXXVIII.

1 Pronomen *quarum* delevit Schütz suadente Ernestio. Lambinus *earum al.* Mox edd. Ald. et Herv. *ex Arimino.* Haec epistola in Ambb. Land. edd. vett. et codd. apud Grut. coniungitur cum superiore ad Q. fratrem, nimirum cum CXXXIV.

2 Ita edd. Ro. Min. cum Vict. et vulgatis. Minus recte Ambb. et reliquae edd. vett. *plures, quam.*

3 Sic omnes libri et scripti et excusi usque ad Gruterum. Vulgo, a Grutero, opinor, *oblectabam.*

4 Land. *opus positum.*

5 Sic Gruterus et vulgo. Libri scripti, edd. vett. et Vict. *spectantes scribimus;* ed. Min. Aldi, Lamb. *scribentes spectabamus;* bene si *scribentes* de epistola intelligis; at potes de libris *de re publ.*

6 Et hoc a Grutero. Libri usque ad illum *et in quibusdam.* In seq. sententia potes etiam rescribere *maxime mihi vero,* ut libri aliquot habent.

7 Sic una ed. Ro. Quamquam correctio in margine exemplaris editionis principis Victorianae, quo ex Imp. R. hac Bibliotheca utimur, *et inspiciam* magis arridet. Vulgo *sed inspiciam.*

8 Amb. 17 et excusi vett. *contemnat.*

9 *Minore* recte de glossa suspectum Manutio. Nam si ad filii notitiam respicis, iam satis Quintus, fratris filius, quem annum ageret, scire debebat; si vero ad distin-

ctionem inter *maior* et *minor*, exemplo duorum Scipionum et Catonum nobilitatam, ut de hac Cicero cogitarit, iam ponis Ciceronem ad posteros scripsisse, non ad fratrem. Nam illa distinctio inter celeberrimos viros a posteris invecta est. Mox *perdocendo* malui cum Schütz, quod edd. Min. Ald. et Lamb. habent. Lib. Land. *prodocendo*; Ambb. et edd. vett. *producendo*; quod Gruterus reposuit, sed non explicavit.

10 Lib. Land. *meum mandatum*. Mox *digeras*, h. e. ordines, ne quod ex mandatis elabatur, aut praetermittatur, ut explanat Ernestius.

11 Et verba *equitem Ro.* suspecta Ernestio de glossa, quum non Quintus solum, sed omnes tunc temporis eum esse equestris ordinis scirent. Tum utrumque *et* sustulit Hervagius.

12 Cicero videtur hoc sic intelligere, ut significet, Orfium esse antesignanum clientum suorum, quemadmodum asseclas et clientes Pompeii, *manum* Pompeii appellat ep. X, 2. Ambb. 16, 17, Land. et ed. Ro. cum Vict. *in exercitu vestro*.

CXXXIX.

1 Amb. 15 *Caesar ad me .... nondum se tibi;* atque *se tibi* habent omnes edd. ante Victorium.

2 E correctione Ernestii; ante hunc *certe*.

3 Sic libri omnes habent et scripti et excusi usque ad Graevium. Recentiores Verburgius, Ern. Sch. Cler. sine *quamdam*, forte quia haec vox male cum seq. *tuam* coniungitur. At potest *tuam* esse e glossa, ut ea, quam infra Amb. 7 nobis largitur *et facultatem tuam*. In dubio scripturam librorum omnium retinuimus. Zel. B *properam*.

4 Militum, quem Caesar honorem cum vacatione militarium onerum Trebatio detulerat. Est autem, ut diximus iam, in castris prima dignitas consulis, altera legatorum, tertia tribunorum militum, quarta praefectorum equestrium turmarum, quinta centurionum, deinceps minorum ordinum. *Manut.*

5 ICtis, ut Trebatius. Iocatur Cicero, ut saepe cum Trebatio. Mox *Cornelio*, est Q. Cornelius Maximus, a quo Trebatius ius civile didicerat, ut vidit Manutius. *Nihil audeo dicere*, ne magistrum offendam. *Cuius tu periculo*, quum tu sine praeceptoris tui iniuria stultus esse non possis. Amb. 3 *cuius in p.*, 7 *cuius tu in p.*, ed. Min. *cuius cum p.*

6 Sic Ambb. omnes, praeter 3, item Rec. Zel. B, et excusi vett.; cf. epp. CLXXXI, CCXXIX, aliasque bene multas. Vulgo *quum — profiteris.*

7 Qui erat apud Caesarem gratiosior, ut videtur, quam Trebatius. *Manut.* Amb. 12 *praeclaro viro consulto.*

8 Amb. 7 *gratias habere.*

9 Ambb. 2, 3, 7, 15 *Britannicas literas*; edd. vett. *v. l. exspecto B.*

CXL.

1 Sic Amb. 17 et Laud. et sic Ern. praetulit, quia sic semper Cicero, ut ep. CXXXVIII, init. *Arimino datam:* vulgo *Placentiae.*

2 Sic emendabat Car. Sigonius, probavit Manutius, receperunt Olivetus, Schütz et Clericus, quod *Laus* notum sit oppidum X M. P. fere Placentia distans, hodie *Lodi*; vulgatum *Blandenone* vero nemo novit. *Nonis*, hoc est, accepi Nonis alteras *postridie* datas Laude.

3 Ita Gruterus et posteriores; ante illum *vel magna.*

4 Edd. Iens. Min. *quod;* Ald. Herv. *quae.*

5 Vulgo *his honoribus;* libri in utramque partem.

6 Amb. 16, Land. et ed. Ro. *ac fortasse.*

7 Libri ad unum omnes et scripti et excusi ante Gruterum *voluerint,* praeter Lamb.

8 Mss. et edd. vett. *si de nocte;* ex libris, quos in manibus habeo, primus Hervagius habet *multa.* Mox Lamb. *evigilassent;* quod necessarium non esse probat exemplis ex Orat. pro Mur. 22, ep. CCCLIII, et Plauti Most. II, 1, 36, allatis Malaspina, contra quem nec opinio Burmanni reponentis *evigilassent* (ad Svet. Aug. 78) valet.

9 Est ex ingenio Victorii, quum libri omnes habeant *tum equis, tum viris:* quod adagium etsi alias (ep. CDXLVII, et Off. III, 33) valet, huic loco tamen non convenire propter sequens *quadrigis poëticis* vidit Ernestius. Edd. Aldi, Herv. *tum equis tum velis.*

10 Nimirum de consulatu suo, aut de temporibus suis; cf. locum cum epist. CXLIV, 5; CLVIII, 3; CLIX, 6.

11 Caesar.

12 Amb. 17 et Land. *unus amor.*

13 H. e. qui ICtus alicuius numeri esset. Iocus Caesaris; vide Indicem v. *vadimonium.*

14 Novam hic epistolam ordiuntur Amb. 16, Land. et ed Iens. Immo Landius *A. Curtio.*

15 Consul.

16 Vt ad Caesarem scriberet. Dissidebat enim capitali odio cum Caesare Domitius. *Manut.*

17 Subaudio *dictum.*

18 Amb. 16, Land. et edd. Ro. Vict. *et in re publ.*, ut alias semper Cicero. Mox idem 16 *amicitiis:* Land. *inimicis.*

19 Parte auris extrema. *Molliorem,* hoc est remissiorem in inimicitiis.

20 Ep. CXLIX, 6 *Dictaturae odor*; ep. CLVIII, 3 dicitur *eius rumor iniucundus*, *eius auctor Hirrus*. Eam verbis recusabat Pompeius, re vera autem affectabat.

21 Reliquam vulgo huius epistolae partem vide in seq.

CXLI.

1 Haec epistola vulgo cum antecedente coniungitur; Manutius vero argumentis omni exceptione maioribus evincit, hic esse novae epistolae principium. Attamen ante verba *calamo et atramento* pauca quaedam verba interciderint necesse est. Nisi haec verba transposita sint, et principium epistolae sic constituendum: *Scribis te meas — tamquam bono. Nunc igitur calamo et atramento temperato charta etiam dentata res agetur. Verum attende* etc. *Schütz.*

2 Plinius H. N. XIII, 12 sect. 25: *Scabritia* chartae *laevigatur* dente *conchave*. Verba haec *calamo et atramento temperato, charta etiam dentata* Martorellius (Theca cal. I, 8, 8) et Erasmus (Adag. Chil. III, 6, 87) metaphorice interpretantur, nimirum de Cicerone acerbe et iracunde scribente, et temperantius ac moderantius imposterum scripturo. Id suadere videntur illa *Neque occupatus — neque iratus alicui*. Ego tamen sensu proprio cum Manutio accipio, quod et illa de atramento temperato, hoc est, non nimis tenaci et belle composito ad scribendum (Vitr. VII, 10; Plin. XXXVI, 5), sinunt, et id postulat, quod sequitur, *quicumque calamus in manus meas venerit*.

3 Amb. 17, edd. Iens. Ald. *scribis te*; quae verba principium versus constituunt in laudato Amb. Attamen non dici potest initium etiam epistolae constituere, quum et id occurrat frequenter praeter necessitatem, et sine

inscriptione haec et reliquae epistolae sint in hoc cod. Idem infra *quae tu putas.*

4 Vox *eadem* abest ab Amb. 16 et Land.

5 Potes emendare *quod petis;* Schütz maluit verba *de quo* omittere.

6 Edd. vett., praeter Ro., cum Lamb. *germane.*

7 H. e. celeriter venias, ut Manutius et Ernestius explicant. Schützii lectionem admisi, quae Ciceronianam dicendi formam facile reddit. Vulgo *utrum voles.* Corrupte etiam Land. *idem utrum vocales.* Mox Lamb. *ut dixerim,* quemadmodum primus corrigebat Manutius; melius tamen Schütz *dixeris*, ex iis, quae sequuntur, *ad id tempus, quod dixeras.* Tum *an* additur ab omnibus recentioribus auctore eodem Manutio; at varr. Ald. paullo infra illud collocant *an si causa;* inferius adhuc Lambinus *an commorere.* Libri scripti et excusi vett. *ut dixerimus ad expediendum te, si causa sit, commorere,* vel *commonere,* et Land. *commoveris.*

8 Ed. Ro. *autem tranquillum — et certe.*

9 A multis celebrata; ep. XLVIII, 1 extr. *Theatri significationes,* h. e. indicia benivolentiae, quae mihi in theatro significantur; ep. XXIX, XIV extr.: *Theatrum — est datum, — ut usque Romam significationes vocesque referantur.*

10 Mendosum locum omnes viderunt. Lamb. reperit in uno mss. *consentia,* et corrigebat *nostri inimici laborant, quod mira est consensio* etc.; edidit tamen *neque laborant, quod mira est conspiratio c. n.,* Schütz *nec laboramus conscientia;* Clericus modeste proponit legendum *nec laborem, quod mira consensio,* ut *laborem* sit positum ea forma, qua sup. *exspectem.* Alterutram ex primis emendationibus fortasse rescripsissem potius, quam ineptum vulgatum, nisi liber Landi

aliquid suppeditasset, quod primum acutioribus viris doctis proponere velim, *quod me conscientia*, scilicet *tenet*: quod recte novi copias nostras, et τῷ *laborant* subaudio *inimici nostri*, quin necesse sit has voces exprimere.

11 Puta, P. Clodii.

12 Sic Schütz; nihil melius. Vulgo *quod putas: magis etiam illa (etenim magis aestimo me) ἀμφιλαφείαν*. Amb. 16 *magis etiam illa aestimo me, ἀ*; Land. *magis etiam illa magni aestimo me ἀ*; quorum in altero *magis* est vitiosum pro *magni*, in altero *magis* abundat; in neutro vero, et ne in edd. quidem vett. ante Gruterum, reperias *etenim*, quod tamen et iampridem vulgatum est, et rei convenit. Lamb. *quod putas magis esse e re tua, etiam magni aestimo ἀμφιλαφίαν*; Tunstallus corrigebat *quod putas ne agas: etiam illud (etenim magni aestimare te) ἀ*. Mox pro *exspectationem* idem Tunstallus *expeditionem*, Schütz *explicationem* edidit; uterque bene. Nempe Cicero sperabat, utimur verbis Schützii, si Quintus diutius apud Caesarem maneret, futurum, ut mox ad amplas pecunias perveniret, quibus aes alienum dissolvere, et rei familiaris difficultates explicare posset.

13 Qui scilicet non magnifice et copiose vivimus. *Ernest.* Mox *ad explicandum*, passive dictum, pro quae explicentur, quae expediantur.

14 Intelligunt Z notam trientis; ita est, *fuit bessibus ex triente*, adeoque duplicatum; cf. epp. seq. 7. *Ernest.*

15 Locus manifesto vitiosus, cui medicinam afferre sine vetustissimis libris nemo fortasse poterit. Veterum librorum lectiones uno adspectu exhibebimus, ut VV. DD. sive tentatas aliorum emendationes aestimare valeant, sive quas ipsi tentare possint, videant. Amb. 16 *par, qui ne tantus fuit et ex coitione* (hic est parva lacuna sex litera-

rum ad summum) *Memmii est, quo cum Domitio hanc Scaurus unum vincere m Messala la flace et;* ed. Ro. *par idi qui ne tantus fuit Z et Z coitione Memmii est quo cum Domitio habeat Scaurus. Vnum vincere Messala fleret;* edd. Iens. Min. *par Quintanus fuit* (parva hic est lacuna) *Ennii quocum Domitio hanc Scaurus unum vincerem Messalam flacet* (ed. Min. *fleret*); Aldi *par, qui ne tantus fuit ex coitione Mennii, quam cum Domitio habuit Scaurus unum vincere Messalam fleret.* Hic locus ab Amb. 17 abest; in Landio autem ita est vitiosus, ut nullum praebeat subsidium. Lambinus illa ex vulgata *Scaurus unum vincere* mutavit in *Scaurus vult vincere;* Schütz sic locum constituit: *quam cum Domitio fecit, Scaurum ut vinceret.* Mox *flaccet* explicatur ep. seq. 7 *languet.*

16 Amb. 16, edd. Ro. Min. Vict. Herv. ὑπερβολάς.

17 Tentaverat Ernestius *in praerogativam;* sed quia in ep. DCLXXX (ad Att. XIV, 1) est *in tribu pronuntiare,* nihil mutavit. Atqui ad Att. XIV, 1, nihil est huiusmodi; ad Att. vero I, 16 (nobis ep. XXI, 7) ipsemet *in tribus pronuntiavit* rescripsit post Iensonum, Minutianum et Ascensium. *In praerogativa,* scil. in tribum praerogativam promittunt pecuniam se distributuros.

18 Hoc anno praetorem et quaesitorem de ambitu. *Schütz.* Numerus sestertiorum, quos apud eum deposuerunt, valde variat, immo plerumque corruptus est in mss. Amb. 16 et ed. Iens. Min. *Hsque,* ab ed. Ro. numerus abest; Ald. *cccc.* Victorius, qui singulariam literam *q* in suo veteri libro repererat, interpretatus est *quingenis,* idque rescripsit.

19 Valuerit ad ambitum coërcendum. Lamb. et Schütz *Cato potuerit;* quod et iam Faërno visum est, ut Schütz affirmat, et ep. sequens 7 exhibet; sed et *fuerit* ferri potest.

CXLII.

1 Vel excidit *et: et novo nomine;* vel, ut putat Ernestius, *tuo.* Vetus praenomen Pomponii erat *Titus*, novum nomen, quod scilicet post hereditatem avunculi sibi fecerat (ep. LXXV, 1), *Caecilius.*

2 Venuste, e praenomine meo, et nomine tuo. *Ernest.*

3 Intelligitur Atticus in gratiam potissimum Ciceronis manumisisse Eutychidem. Mox provocabulum *et* addidit Bosius ex Dec. Lambinus *etiam suam*, auctore Malasp. *In meo dolore*, in mei exsilii calamitate.

4 Pronomen *tibi* abest ab edd. Iens. Min. Ald. Sed Ernestio visum est frigere superius *tuum.*

5 Ita libri nostri, excepta ed. Romana, quae legit *a tantis et hominibus* etc. Graevius et Oliv. *longe a tuis et h.* Clericus omisit *et suavissimis*, quod a nonnullis edd. abesse testatur Ernestius, qui sic locum constituebat: *a tot tuis et hominibus carissimis, et rebus suavissimis;* id Schütz recepit.

6 Land. *reditus celeritate.*

7 Lamb. *Ne te l. s.* Vulgatum est a Dec. Bosii, ut et seq. *rhetor*, pro vulgato olim *praetor;* intelligitur enim *Sex. Clodius* rhetor, de quo Phil. II, 17.

8 Libri vett. cusi *pitaneis*, *pituaniis.* At Land. et edd. Ro. et Vict. *Pituanios*, antiqua terminatione *os* pro *us.* Bosius coniiciebat *D. Turanius;* Lamb. edidit *L. Antonius.* Sed et *Pituanius* est nomen Romanum a Tacito memoratum inter Mathematicos Magosque (Ann. II, 32), ut observat Popma.

9 Sic Ball. et Helmst. apud Graev. et edd. vett. Vulgo *cum illis tamen, cum*, quod primus dedit Victorius, desertus statim a Lambino.

10 Et hoc correctum a Victorio. Edd. vett. ἡμερολόγειον.

11 Amb. 16 *perscripsi.*

12 Vox *quidem* recte abest ab edd. Aldi et Lamb. Mox pro *fere* Land. et edd. Ro. Iens. Min. Ald. *forte.*

13 Postulati fuerant, ut videtur, de vi post eorum tribunatum biennio ante gestum.

14 Vocem *Procilius* confirmat Vrsinus ex denariis antiquis; non *Porcilius*, ut quidam libri habent. Tum ed. Ro. *commendatus;* liber Vict. *commendatur.* Sequentia non satis intelligi possunt, ut vidit Ernestius, quia historiam ignoramus. Similiter et in seqq. *verita est enim pusilla* nihil certi est.

15 Malaspina ex lib. Antoniano Faërnino expungit verbum *debemus;* Schütz vero coniicit mutandum *occidere* in *occidi*, hoc sensu: Si iusti iudices (inter sicarios) esse volumus, debemus patrem familias domi suae occidi nolle; neque tamen abunde id ipsum nolle debemus. *Nam in hoc iudicio, quo Procilius condemnatus est*, absolverunt XXII, condemnarunt XXVIII. Addit *domi suae,* quia, ut explanat Malaspina, gravissimum est patrem familias occidere: sed domi suae occidere, prorsus inexpiabile.

16 Clodius, qui accusator descenderat.

17 Edd. vett. *commoverat.*

18 Scil. disertissimus; sed alii aliter.

19 In hoc verborum ambitu suspicor latere mendum; et forte locus ita corrigendus: *Verita est enim filia, quae nunc laborat, ne animum Publii offenderem*: vel *ne animus Publii offenderetur;* ut eum Tulliola rogaverit, ne Procilium defenderet contra P. Clodii accusationem: verita scilicet, ne Clodius ex facto gravius irritaretur. *Manut.* Libri omnes *veritas e. e. p.* Tum eaedem omnes usque ad Vict. *ne animum Publio offenderet:* Manutii corre-

ctionem primam, *ne animum Publii offenderem*, Lambinus expressit. Bosius ex Decurt. *animi in Publio offenderet;* quam lectionem ipse postea mutavit in *offenderer*, quomodo vulgo receptum est. *Offendi animi* ita dicitur, ut *angi animi, discruciari animi.*

20 Huius quaestionis causam ipse Cicero, ni fallor, aperit illis verbis, quae sequuntur: *quod Velinus lacus interciso monte in Narem defluit.* Aqua lacus Velini ea natura est, ut saxum augeat, quacumque defluat, sibique met ostium intercludat. Id iam Plinius sensit, qui H. N. II, c. 106 scribit: *In lacu Velino lignum deiectum lapideo cortice obducitur. In exitu paludis Reatinae saxum crescit.* Quum itaque alveus a M' Curio Dentato A. V. C. CDLXIII patefactus saxo crescente paullatim obstrueretur, lacusque Velinus ita excresceret, ut Reatinam vallem iam impleturus videretur, id egisse videntur Reatini, ut alveo Curiano refecto, interciso iterum monte, Velinum lacum copiosius, quam antea in Narem emitterent. Suppositi Interamnates, timentes ne Nar aquis Velini auctus in suos campos erumperet, causam de damno infecto apud consulem dicebant, aut etiam de Velino non emittendo; vel rectius, flumine iam emisso, actionem de damno contracto intendebant. Hanc coniecturam confirmant multae, quae deinceps ortae sunt, controversiae de hac re inter utrumque populum, quasque videre est in diligenti opere *Ricerche istoriche e fisiche sulla caduta delle Marmore, di Giuseppe Riccardi. Roma,* 1825, *in* 8.

21 Appium Claudium Pulchrum. De hac Reatina causa Varro R. R. III, 2, et Tacit. Ann. I, 79. *Manut.* Qui tamen de Velino amne potius, quam de hac causa loquuntur. *A M.'* correxit Bosius; olim *a M.*

22 De excelsissimis praeruptissimisque cautibus, quae vulgo

caduta delle Marmore dicitur, ad Orientem, Quinto ab Interamna lapide. *Narem* legendum censuit Cluverius Ital. Ant. II, 8, et Graevius, quod semper apud alios scriptores virili genere *Nar* occurrat. Libri omnes *in Nar.* Quae sequuntur *et humida tamen* vereor, ne insititia sint. Si sunt Ciceronis, legerim cum Man. et Lamb. *illa quidem siccata, sed humida t.*, a quo vel minimum distant Iens. et Min. *illa siccata sed humida quandoque m. Rosea*, quod rore humida essent, Varroni R. R. I, 17 extr., Festo et Virg. Æn. VII, 12:

Rosea rura Velini

23 Vict. *villa siccata*, quem errorem in novissima editione correxit. *Illa*, intelligitur *Rosea.*

24 Vict. *Rosiae vixi*, contra libros, et sine necessitate. *Vixi*, scilicet iucunde fui apud Axium. Sic. ep. DCCIV, 3: *cum Pansa vixi in Pompeiano. Axio*, senatore, quem villam habuisse in agro Rosiano testatur Varro R. R. III, 2. Mox Lamb. *qui etiam*, etc. *Ad septem Aquas*, hanc villam *Holsteinius* ait fuisse ad intimum recessum Velini lacus Pedeluco Reate pergentibus, ad dexteram, haud procul a colle, quem *Corigliano* vocant, eamque villam rusticam fuisse non magni momenti. *Graevius.* Ubi nunc rudera *di S. Nicolò* visuntur, affirmat Chauppy, propter pontem, qui dicitur *Grispoldi;* Découverte de la maison d'Horace tom. III, p. 111. Sed iuvat hic describere, quae laudatus Riccardi habet § 22: « Dopo questa esatta « descrizione (nimirum hunc ipsum Ciceronis locum) « non può dubitarsi del luogo. Il terreno rimasto umido « in quel tempo è lo spazio circoscritto attualmente dal « lago di Ripasottile, il fiume Velino, e l'intero corso « dell'Arone, chiamato fin da quel tempo *Rosea*, ora « *Roscie*, possessione del conte Mariano Vincentini. —

« Noi scorgiamo nel sito detto *le grotte di S. Nicola*
« l'antica villa di Azio per la serra dentata, ed i resti
« di magnifici edificii, i quali nella loro rovina presen-
« tano grandiosi avanzi dell' opulenza romana. È certo
« che le *Sette Acque*, delle quali parla l'Oratore, sono
« le sorgenti del fiume *S. Susanna* ».

25 Fortasse *Pomtinii*, qui tunc volebat triumphare, ep. CXLIX, 6, et Cicero illi volebat adesse; ep. CLIII, 4. *Corrad.*

26 Amb. 16, Land. et ed. Ro. *veni spectaculum*; Iens. Min. *venerunt s.*

27 Excidisse *dedi* recte putat Corradus.

28 Victoriae praemium in servis histrionibus erat manumissio. Sed Antipho prius manumissus hic dicitur, quam productus in scenam, non quod revera fuerit, sed quia id certum iam ante habebatur.

29 Hoc praecedentibus non consentire, quae omnia ad contemtum pertinent, viderunt VV. DD. Malaspina corrigit *vietum*, h. e. languidum; Bosius et Grut. ἀποσιώπησιν hic esse putant *nihil tam... Verum haec*; quod non displicet; alii nihil moventes, referunt *pusillum* et *sine voce* ad personas, quas histrio gerebat in scena, *verum* ad ipsum Antiphontem, ut personas, quas in scena sustineret, non recte imitaretur, et potius se ipsum proderet.

30 Sic Amb. 16, Land. (nisi quod hic *astra*); libri Bosii *astyanam*, ex quo *Astya nam* et ipse faciebat, probantibus postea Popma et Schützio. Hic tamen, *maior fuit Astya.* Astya, nomen mimae, aut histrionicae, ut et Arbuscula, de qua statim. Vulgo *m. f. quam Astyanax. In*; vett. edd. *Astianacte. In ceteris*, scilicet personis, Italis *parti*, Gallis *rôles*.

31 Apollinares. *Venatio*, quam vide in ep. CXXVI.

32 Scil. quia candidati pecuniam quaerebant ad emenda suffragia. *Schütz.*

33 Iocus in Atticum negotiatorem et feneratorem, qui inde lucrari poterat. *Ernest.* Mox *o virum, o civem*, ironia.

34 Cn. Domitium Calvinum, qui consul factus est A. V. C. DCC. *Schütz.* Male libri nostri *cos.* vel *consulem.*

35 Hanc tamen pactionem aperte describit infra ep. CLVII, 2. *Schütz.*

36 Qui Muciae a Pompeio dimissae nupserat, sororemque Æmiliam illi collocarat. *Fronte, an mente*, quia aliud sentit, aliud loquitur.

37 Edd. vett. cum Vict. ἐξοχὴ *nulla est.* Vtrumque rectum. *In nullo*, candidatorum.

38 Lamb. *non quod.* Edd. Iens. Min. Ald. *amicis careat*, a Vict. explosum. Infra statim Amb. 16 *Pompeius absens est ex comitiis*, ut Bessarionis liber apud Grut.

39 Vulgatum hoc constituit Victorius, nisi quod pro *ea* legit *sed.* Libri vett. *ex comitiatis.* Comitia haec revera in mensem Septembrem dilata fuerunt; ep. CXLIV, 3.

40 Lamb. *quinquagena*, hoc est *quinquaginta millia* sestertium singuli deposuerunt; quam summam Corradus nec maiorem esse, quam ab hominibus plebeis deponi potuerit, et cum summa Plutarchi scribentis παραβαλέσθαι δραχμῶν ἕκαστον ἀργυρίου δέκα δύο ἥμισυ μυριάδας, melius convenire affirmat, quam *si quingena*, quingentena interpreteris. Neque lectio superioris epistolae circa fin., ubi legitur *quingenis*, satis firma est. In fine membri Amb. 16 et ed. Iens. *tribuerentur.*

41 De ambitu scil. accusatus, item et ceteri, qui postea nominantur. *Schütz.*

42 A propinquis, ut opinor, aut ab amicis. Nam iudicii causa neminem de legatione in urbem revocari licebat. *Manut.* Amb. 16 et edd. vett. *de legatione.*

43 Victorii antiquus *legerat*, quemadmodum et edd. vett., quod Victorius defendit, desertus tamen a VV. DD.

44 Hoc anno praetor. *Adesset*, non, ut revocaretur a legatione, sed ut se sisteret ad causam dicendam. *Tribus habet*, nimirum sibi faventes, quae eum laudent.

45 H. e. vehementer laboratur, magnis conflictamur difficultatibus vincendi; vide Indicem.

46 Indices sunt tituli orationum, ut *pro T. Annio Milone*, *pro M. Marcello*. Quia vero clarissimos viros defensurus erat, iccirco ait suis orationibus *indices gloriosos* parari. *Bosius*.

47 H. e. inter reos numerabuntur. Consules autem designati in annum proximum adhuc non erant, sed ex quatuor candidatis septimo tandem sequentis anni mense post magnas contentiones, magnosque ambitus, C. Memmio et M. Scauro repulsis, facti sunt Cn. Domitius Calvinus et M. Messala. Id patet non solum ex epp. CXLVI, 3, et CXLIX, 3, sed etiam ex verbis illis: *in quibus si Scaurus non fuerit;* quibus verbis ostendit Cicero, se nescire utrum Scaurus inter coss. designatos numerabitur. Itaque *consules designati* est quicumque tandem consules designabuntur ex candidatis, qui rei ambitus omnes sunt.

48 Cum Caesare; ep. CXXXVII, Caesar B. Gall. IV, 23.

49 Amb. 16, Land. et edd. vett. *ut te hortetur quamprimum* (vel *ut quamprimum*) *venias*.

CXLIII.

1 Vict. *Tandiu*. Mox *quid agas*, in Gallia.

2 Ambb. omnes et edd. vett. cum Vict. *quod*.

3 Victorius, Gebhar. et Graev. *propter eius * nihil*, mendi notam apponentes; suspicati legendum esse *propter eius luctum*, tum quia *occupationes* Caesaris non satis cau-

sae esse arbitrabantur, quae Ciceronem a scribendo retraherent, quum Ciceronis literis mirifice delectaretur Caesar, et Iulia Pompeio nupta hoc tempore mortua erat (ep. CXLVI extr.), tum quia in nullis paullo antiquioribus libris reperiatur verbum *occupationes*. Atqui *occupationes* Caesaris paullo supra meminit ep. CXXXIX, et infra ep. CXLV, 1, propter quas Trebatius maiorem in modum Caesari commendatus nondum familiaris esse potuit, et omnes Ambb. et edd. vett. habent; qui libri apud me in huiusmodi argumentis, ut aiunt, negativis, satis auctoritatis habent.

4 Sic Ambb. plerique, Rec. et edd. Med. Min. Man. etc., concinnius, quam vulgo *tu deesse tibi;* in reliquis verba *tu tibi* absunt.

5 Vulgo *Battara*; libri *baltera*, *baltrera*, *bactara*, et nescio quid aliud simile; ignota nomina. Bene ed. Ro. *Bacerra*, *b* pro *v* posito, propter literarum consonantiam, et Hervagius, Manut. *Vacerra*, quod Schützius recepit; *Vacerram* vide ad ep. CXXXIX.

6 Notat hominis ignobilitatem, et *summo genere natus* ironia est. Sic correxit Ernestius vulgatum *quidem tuus;* et *quidam* habet Amb. 12, *est* autem Amb. 15 et edd. Ro. et Hervagiana. Vitiose infra Amb. 14 *lerae filius,* Zel. B et edd. vett. *Zerae f.*

7 Zel. B *invitavit.*

8 Ad cenam.

CXLIV.

1 Lamb. *nec paullum o.*

2 Sic Amb. 16, Land. et omnes edd. usque ad Vict.; manifesta sententia: si ipse non scribit, id causae est, quod ne paullum quidem otii habet, h. e. nullum, si scribit, paullum. Vulgo iam inde ab Herv. *nullum*, sine sen-

su; Schütz rescripsit *nonnullum*, quod idem est ac *paullum*.

3 Ep. CXL, 1 extr. dixerat *ut iste me rogat*; et CXLVI, 5 *Caesaris mandata de mea mansione Romae*, et ex illis, quae sequuntur, *aut spei aut cogitationi vestrae videar defuisse* videtur colligi posse Caesarem et Quintum fratrem a Marco impetrasse, ut hic Romae maneret, et causis forensibus vacaret. Edd. Lamb. Vict. *perscribis.*

4 Amb. 16, Land. et edd. vett. *si id d.*

5 Quia sunt Pompeio addicti. Hinc, quod sequitur, *in hanc partem*, intellige *Caesaris.*

6 E correctione Manutii. Libri ante eum *vehementer excolamur.*

7 Eorum, qui in senatu mecum sentiant.

8 Libri nostri cum edd. usque ad Lamb. *aerarii.* Luculentus locus, ut et ille epistolae CIV, 4, ex quo colligitur, tres ordines in re publ. iudicia exercuisse. Sed et ratio numerandarum sententiarum notanda. Omnium ordinum, inquit Manutius, sententiae numerabantur, et ex maiore parte vel absolvebatur, vel condemnabatur reus; ordinum ipsorum ratio non habebatur. Poterat enim usu venire, ut quis a duobus ordinibus condemnatus, ex universo tamen sententiarum numero absolveretur. Haec capitum, non ordinum habita ratio in sententiis numerandis, potissimum hac nostra aetate in causa fuit, ut florentissimi regni opes anno Christi MDCCLXXXIX pessum irent, vel ut saltem eius regni orbis maiore cum sonitu converteretur.

9 Accusatum a Licinio Calvo de ambitu, quod praetoria comitia corrupisset. Quint. VI, 1, 13 *Egregie inquit in Vatinium* Calvus: Factum ambitum scitis omnes. Cf. ep. CXLVIII, 5. Tum Schütz, auctore Ernestio, *eram defensurus*, quod iam Lambinus rescripserat.

10 De quo iam ep. CXLII, 7; et iterum ep. CXLVI, 5. De repetundis in petitione consulatus a Sardis, quos pro praetore anno superiore administraverat, accusatus erat Scaurus.

11 Alluditur ad satyricam Sophoclis fabulam Σύνδειπνοι. Sed res ipsa obscura: Manutius tamen coniecit, rem quamdam actam esse apud Caesarem in convivio, cui Quintus aliique interfuerint, qua in re Cicero neget se ceterorum convivarum sententiam probare, Quintum vero prudenter se gessisse concedat. *Schütz.*

12 Latinam interpretationem pro verbis graecis habent Amb. 16, Land. et edd. usque ad Vict. *noctuam Athenas.* Adagium, quod noster Ariostus amplificavit in Orlando Fur. c. 140, st. 1:

> *Portar, come si dice, a Samo vasi,*
> *Nottole a Atene, e crocodili a Egitto.*

13 Significare videtur vel poëma de consulatu suo, vel librum de temporibus suis. *Schütz. Caesar*, supple *iudicavit.* Mox provocabulum *nam* abest ab Aldo, Herv. Lamb.

CXLV.

1 Ed. Min. *valde iurisconsultum*, h. e. meliorem ICtum, quam militem. *Valde* abest ab Amb. 3.

2 Ambb. 2, 6, 15, Zel. B et edd. vett., quas in manibus habeo, *videare.* Sed et vulgatum *viderere* aptum est, si non a *gaudeas*, sed a *venisse* dicamus pendere.

3 Minus recte Ambb. et edd. vett. *accersitum.* Amb. 6 *etiam te acc.*, et ed. Minut. *te esse acc.* Mox edd. vett. *eius superbiam.*

4 Amb. 7 *non mihi.* In Ambb. 6, 15 et Zel. B abest *mihi.*

5 Metaphorice, ut et illa, quae sequuntur *camino luculento*, etc. Metuo scilicet, ne te otiosum Caesar detineat. Tibi autem multis praeliis opus esse arbitror, ut fructibus provinciae ditescas.

6 ICtis, quos festive in re non sua testes adhibet. Non nominat Vacerram, quod eum in ep. CXLIII, 1 mortuum dixit; id et Mongaltius vidit, qui et in *placebat*, solemni ICtis verbo, iocum videbat. Nihil enim frequentius in eorum libris occurrit, quam *ita Labeoni et Nervae placet; ita Servio, Labeoni, Sabino placuit.* Vide Manutium. Edd. omnes vett. *et Mucio et Manilio*, quod Ciceroni est tralaticium. *Mucio*, nempe, Scaevolae.

7 Et hic notatur inscitia (ut et supra verbo *peritior* εἰρωνικῶς): quasi non optime Trebatius caveret iis, quorum esset advocatus. *Manut.*

8 Adeo delectaris theatralibus ludis, ut ne andabatas quidem, in quibus minimum est delectationis, defraudare possumus. *Andabatam* accusativo casu vindicavit Ciceroni Clericus ex illo Varronis apud Non. I, 95 *aes fraudasse cauponem*, contra Gebhardum, qui legendum censebat *andabata*. *Andabata* est e graeco ἀναβάτης, interposito *d*, id est *adscensor*, quia in equis pugnabant andabatae, galea frontem oculosque tecti, ut explanat Graevius. Hinc proverbium apud Erasmum, Chil. II, 3, Adag. 33, *Andabatarum more pugnare* de illis, qui litigant de re quam non intelligunt. Verbum occurrit apud D. Hieron. adversus Helvid. c. 5, et Iovinianum I, 21 (Oper. T. II, p. 210 et 294 ed. Veronae 1735). Vna ed. Iensoni *anabatam*.

9 Hoc, quod est in Amb. 2, Zel. B et ed. Ro. praetuli vulgato *his literis*. Et Mox Zel. B et edd. vett. *hominem esse*.

10 Edd. Ro. Med. *solatium esse*. Mox duo Ambb. *possum*

pati: et Rec. cum ed. Minut. infra *id esse emolumento*, et in seq. sententia idem cum ed. Iens. *si autem*.

11 Amb. 12 *secura*. Infra nostri aliquot *plus erit*.

12 Nempe tum in Aeduis cum Caesare erat. Ait, si maxime Aedui se fratres, fideles socios, ut olim propter quod fratres appellati sunt, praestarent; tamen melior esset tua commoratio apud nos: quanto magis nunc, quum se hostes praebent. *Ernest. Fratres* vide ad ep. XXIV, 2.

13 Versiculo utitur Terentiano Heaut. I, 1, 34. *Schütz.*

CXLVI.

1 Fibreni. Mox *ludorum*, Romanorum, qui pridie Nonas Sept. celebrabantur; de Orat. I, 7.

2 Vt eis meo nomine ad spectandos ludos locum daret. Moris enim erat, ut amicis et tribulibus, atque etiam clientibus (ep. XXVI, 4) et in circo et in foro locus ad spectandum daretur. *Manut.*

3 Nostri ad unum tum scripti tum excusi *Maniliano* cum Pall. apud Grut. Gulielmius corrigebat *in Antiano*. Mox *Diphilum Diphilo tardiorem*, nimirum solito tardiorem.

4 Scil. exstruendum.

5 Land. et ed. Aldi *pavimenta — habeat*, vel *habebant*.

6 Amb. 16 *perpolitae*.

7 Nihil necesse coniicere cum Manutio *continuum*.

8 Libri scripti nostri et edd. vett. *cameras*. *Camara* scribendum affirmant Charisius, p. 43, ex Verrio Flacco, et Burm. ad Petronium c. 30, nimirum, ut Graeci καμάρα; *camera* tamen habent Lucretius, Vitruvius VII, 3, et Plinius N. H. pluribus in locis.

9 Scilicet porticus.

10 Vulgo corrupte: *Nunc hoc vel honestate testudinis, vel*

valde boni aestivum locum obtinebit. E correctione nostra aptissimus exit sensus: *Nunc haec* (porticus) *vel ipsa honestate* (ampla specie et altitudine) *testudinis, valde boni aestivi* (cubiculi) *l. o.* Sic Plin. epist. II, 17 cubiculum dicitur altitudine *aestivum.* Manutius corrigendum censuit: *Nunc hoc vel in aestate testudinis, vel hieme aestivum locum obtinebit;* Lambinus vero sic: *nunc hoc vel hieme testudinis, vel aestate valde boni aestivi locum obtinebit.* Schütz. Sed vox *honestate* non est mutanda; ea Cicero utitur infra § 7: *id non honeste vergit in tectum.*

11 Schneiderus (ad Vitruvium V, 10), quae hic Cicero *assa* balnea vocat, eadem esse putat, quae Vitruvio *caldaria* dicuntur, hoc est sudatoria (*stufe*), ubi nimirum asso, h. e., solo calore sudor provocatur, non adhibita aqua: *vaporarium* vero, quod Vitruvius *hypocaustum* dicit, hoc est fornax (*fornello*). Seneca ep. 51: *Quid cum sudatoriis? In quae siccus vapor corpora exhausturus includitur.*

12 Verba uncis inclusa glossema putat Vrsinus; deleverunt Scaliger ad Cat. epig. 6, et Schütz. Idem Scaliger et eodem loco sequentia sic corrigebat: *esset subiectum cubiculi suggrundae: cubiculum*, etc. Vulgatum *cubiculis* debetur mss. Turnebi, quibus Pal. 2 apud Grut. et edd. Ro. Min. aliaeque consentiunt: ante Turnebum *cubiculi.* Vulgatum *subgrande* dictum est pro *aestivum.* Ernestius tamen adhuc proponit legendum *aestivum* pro *autem.*

13 Quem tibi a me emtum proximis nuntiis significaveram. *Manut.* Malim *Proximis nundinis.* Proximum numerum sestertiorum rescripsit Victorius e suo antiquo hoc modo *CCCIↃↃↃ ∞* , sed extremum ∞ nunc omittitur; legitur enim *centum millibus*, quin hac nota opus sit. Ante Victorium *HS. cccc.*

14 Aquis. *Manut.* Mox *viridicata* insolens verbum; Turneb. (Advers. XXIV, 39) corrigebat *vindicata*, h. e. purgata, ut amoenitatem habeat. In utramque partem trahi potest, quod Amb. 16, Pall. apud Grut. legunt *virdicata.*

15 Fundum ignobilem in Agro Arpinati. Mss. et edd. fere omnes *Bombilianum*, *Bobilianum*, et *Bovilianum.* Mox *retinere* est ex ingeniosa Victorii correctione; libri omnes *resinere.*

16 Scilicet, utendi quoties tu vis, ea aqua, ut explicat Ernestius. *Constituto* — *imposita*, nimirum in venditione fundi. *Pretium servare posse*, h. e. si in venditione fundi aquam exciperemus, iusque ea utendi nobis servaremus, posse nos habere idem pretium, quo villa nobis stetit, si vendere vellemus.

17 Ternos nummos in singulos pedes alvei ad deducendam aquam faciendi a te accipiendo. Land. *trinis nummis.*

18 Quatuor mille. Amb. 16 *III id*, Land. *trium. diis*, ed. Ro. *trium dias*, antiquus Victorii III*bus*, ex quo legebat III *millibus.* Vulgatum est partim ex ingenio Gruteri, partim ex Pall. legentibus *vidus*, aut *iudus.*

19 Amb. 16, ed. Ro. *arcessieram*, quod Clericus expressit; Vict. *arcessiveram.*

20 Scil. templum; Nat. D. III, 18, et in Indice.

21 *Locustae* — *Varronis*, supple fundum.

